



Liber tertius Erasmi Roterodami quo respo[n]det reliquis annotationibus Eduardi Lei.

<https://hdl.handle.net/1874/433097>

LIBER
TERTI
VS

ERASMI ROTE
rodami quo respōdet
reliquis annota-
tionibus
Eduar
di Lei.

CVM PRIVILEGIO.



SOLLBERG
JERTI
VS

ERASMI ROTM.
MAGISTRI
MAGISTRI
MAGISTRI
MAGISTRI
MAGISTRI

CAPI PRIMUM



ERASMVS RO-
TERODAMVS CANDIDIS LEC-
TORIBVS S. D.



Vm hęc scriberē optime le-
ctor, identidē poenituit in-
stituti laboris, neq; em̄ arbi-
tror mults annis mihi collo-
catam operā in vllū argumē-
tum, vel cū tedio maiore, v̄
cum fructu minore. An Le-
um sui libelli poeniteat nes-
cio. Nā aiunt illū maiorib⁹
etiā copijs istaurare pugnā
Quod si falsum est, & ille

pacem manult, age diuidam⁹ inter nos victoriā. Dimidiū
laudis ille ferat, ego dimidiū. Vicerit ille cōuicijs, ego ꝑis-
Fuerit ille superior vociferationib⁹, argumētis ego. Dixe-
rit ille seditiosius, ego moderatius. Quod si volet solidā au-
ferre laudē ex hoc cōflictu, ne tentet denuo iurgijs & cōui-
cijs, qua quidē in re iam omniū atq; adeo meo quoq; suffra-
gio palmam tulit, ne habebit me posthac cōcertatorem,
Quid enim facili⁹, q̄ vel ingerere, vel regerere maledicta,
& lusco discere lasce: Mulierū ac scurrarū ista concertatio
est, nō Theologorū. In prōptu est cuius labē alieno nomi-
ni aspergere, qui suū ipsius probrū nō metuit. Vt em̄ vitę sic
famę aliene dom̄n⁹ est, qui suę contēptor est Si Leus vult
talis haberi apud alios, qualis ipse videt sibi, vir erudit⁹ cor-
dat⁹, attētus, oculat⁹, fortis, tueat bonis argumētis suas illas
toties iactatas & tādē orbi pditas annotatiōes. Neq; rursus
euomat tātū pus cōuiciorū, interim pollicitās mox se respō-
surū argumētis n̄is: qđ videlicet p̄slet ad calēdas grecas
Si fidit

Si fidit sibi, Primū hoc aggrediatur, qd' ad rē p̄tinet, om̄it
tat illud in q̄ nemo nō fatetur illū valere plurimū. Si mecū
aget his rationibus, quæ doctos viros deceant, fortassis ha
bebit Erasimū conflictatorē. In hoc genere certaminis no
lim experiri vires meas, a q̄ discedit vterq; & faucis, & in
glorius, qd' maledicētia, nō eloquētia viribus nititur, nec
aliud laudis aufert victor, nisi qd' habetur vir improbius,
& amarulentior. Odi victoriam, quæ nō contingit nisi gra
uiter laeso proximo. Crudelis est voluptas, e fratris exitio
triūphū agere. Pulcherrimū certaminis gen^o est, vnde qui
vincit discedit honoratior, qui vincitur, abit doctior. Qd' si
illi nihil videtur eruditius, q̄ maledicere, me nō habebit ad
uersariū, & tamē fortassis nō defuturus est suus Bitho Bac
chius. Imo iam nūc accinctos video, q̄ Leū accipiant pro
ipsius dignitate. Qd' si scissem, parissim huius tēporis sum
ptui. Ego posthac huiusmodi tricis nō auocabor a meliori
bus studijs. Alioq̄m qd' facilius, q̄ tenebrionē aut rabulam
aliquē subornare, q̄ indoctis & insulsis cōuicijs impetat ho
minis famā. Atq; talis histrio iam adornatus est, arctissimæ
religionis professor, sed ausus religiosissimi molitor, adeo
litterarū expers, vt nec hoc cōuiciū, qd' quidā in me iaciūt,
dum grāmaticū appellant, in eū dici possit, adeo nō ingeni
osus, vt etiā cōmuni sensu careat, neq; quicq; adferat ad scri
bendū prater aim oibus virulētis vndiq; corruptū. Iuuenis
est, et miser prurit noisac famæ parandæ scabie. Iamq; gessit
pdire in prosceniū, magno ordinis sui dedecore. Ac Leo
sic fauet, vt tñ ei tātā famā subito partā iuideat. Video sic eē
fatū meū, vt doceā qui me carpunt, vt nobilitē qui me infā
mant, vt ad studiā bona extimulē, qui me a bonis auocant
studijs. Eteñ ni Leus plane velit ingratus videri, fatebitur
Erasimū sibi magno cōmodo fuisse. Sigdem dum me stu
det carpere, cœpit attigere nō nihil melioris litteraturę, cœ
pit amplecti studiū linguarū, cœpit euoluere quædā vete
rum autorū, nostras lucubrationes vndiq; deflorauit, quin
&

& Politiani libros attigit, ne vel hac parte videretur nihil o-
no valere. Alijs amor stimulos addit ad bonas disciplinas,
vt scripsit Plato. Huic ad easdē calcar addidit odiū. Fortas-
sis hoc egent stimulo, qui præter se nullos amare possunt.
Postremo iā orbi nō minus notū est Lei nomen, q̄ Erasmi.
Non cōtemnet opinor, hoc præmij Leus. Id em̄ sensit, ni
fallor, cū scribit ad me in præfatiūcula, qua mihi dicat sacras
suas annotationes. Mihi vero, inquiring, quicquid euene-
rit, nec male, nec infeliciter cadet. Hoc dicit. Vt pessime ca-
datalea, certe cōtinget innotescere. Id cū Leo p me cōtigit
rit, sopest vt eo beneficio recte vtatur ad suā Christiç glo-
riā. Qd̄ si nō satis habet peperisse famā, ni bonā etiā pepere-
rit apud bonos ac doctos, primū canat palinodiā cōuicio-
rum, quibus immerentis famā impetijt, deinde fateatur &
emendet lapsus suos, q̄s innūeros prodidit vno libello, dū
in meis voluminibus paucos conatur ostendere. Optimū
erat paruisse monenti, ne tali libro propinaret se deridēdū
orbi. Nūc saltē malo doctus hætenus obtēperet consilijs
amicorū, ne se rursus cōijciat in rabiosam cōcertationē, &
eruditorū calamū in se prouocet. Si quid laudis parari po-
test linguæ virulentia, si quid indoctis vociferationibus,
abūde multū laudis iam nūc tulit Leus. Nos nihil gessim⁹
per insidias, neq̄ cū adiuratis typographis egimus, ne quis
inspiceret chartas, anteq̄ esset absolutū opus. Et Leū sic tra-
ctauimus, vt nihil sit in mea respōsione, tam asperū, vt non
gratius ledatur suis ipsius scriptis. Quo magis in prōptu
sit illi lapsus suos agnoscere, nō omnes, neq̄ em̄ est nume-
rus, sed aliquot elencho demonstrauimus, nō tali, qualem
ille præfixit suo libro, qui præter fumos, fucos, technas, &
seditiosas calūnias nihil habebat. Hic multo minus polli-
cetur, q̄ præstet opus, & moderatione quoq̄ respondet. Si
me audies lector, neq̄ Lei calūnijs, neque meis apologijs
euoluendis bonas horas male perdes. Attamen si qd forte
hausit est veneni ex Lei libello, consultū fuerit nostra vt
antidoto

antidoto. Cæterū ab eo, q̄ uolet exercere censurā, illud pe-
tam, ut nostra legat attentius, & si vacat cū ijs q̄ scribit Leus
cōferat. Nā nos ubiq̄, q̄tū licuit studuimus cōpēditio, ne in-
re & inanoena & inutili, nimitū ocij collocaremus. Q̄d si
hæc est inuitabilis studioꝝ pestis, ut q̄ iuuandi studio scri-
bunt aliquid, cogātur cū omni mōstroꝝ genere depugna-
re, cū nulq̄ desint indocti stolidiq̄ & depugnare parati, ce-
do totā harenā alijs. Haftenus nemo per me factus est ater.
Nec fiet, si mō liceat persequi meū institutū. Nihil adhuc
scripsi sciens, qd̄ aduerset pietati, aut gloriæ Christi. Artic-
los fidei toto pectore cōplector, dogmata recentū Theo-
logoꝝ sic recipio, ut nolim nec tueri p̄tinacius, ne impu-
gare cōtentiosus. Me nullus habebit nec impia doctrinæ
magistrū, nec seditionis aut tumultus, vel ducē vel comitē
Famæ sum satur. Opes nō ambio. Hoc ingeniolū, hæc lite-
rula, Christi gloriæ seruiet. Huic utinā prober, qn̄ qd̄e uix
spes est fore, ut placeā q̄busdā, q̄ magis studet suo lucro, q̄
Christi. Nō est vllū studiū genus, qd̄ damnē. Nō est vllū vi-
tæ genus, qd̄ insecter, de p̄batis loquor. Nō est improbo mo-
deratas & ab ecclesia receptas ceremonias, sed eos mō, qui
his freti, negligūt ea, quæ sunt veræ pietatis. Nemo syncer-
us amat vere religiosos, nec inter vllos mali vitā agere, ni-
si dissuaderet necessitas. Eruditionē mihi non arrogo. Qd̄
dedit dñs, libēter impartio. Si q̄s adferet meliora, nō graua-
tim sequar. Qui mouet hmōi tumultus, ipsi viderint. Qua-
les sint, ipsi se suis, pdunt libellis. Quoꝝ nullus adhuc tā in-
docte, necq̄ tā virulente scripsit, qn̄ hoc Lei libello subleue-
tur. Sed prohoemij plus satis.

I N D E X D E M O N

Astrans aliq̄t locos, in qb̄^o insignit̄ lapsus est Leus.
Berrat toto scopo, necq̄ quicq̄ agit tota annotatione
prima, nec aliud facit secunda, in qua illud, nescio q̄
noie sim donatur^o, qd̄ cū ex ipsius annotatione liqueat, Le-
um nō aliūde q̄ ex me rescisse, in cōmētarijs Hieronymi de
prauate legi, pro habet, habebit, tū in indice factat, me fate

nō sic esse vt ipse admonuit. Quid impudentius?

ITEM annot. clxxxviiij. Nouarum, xx.

Nō intelligit qd̄ reprehēdit an. iij. x. xix. xxxiiij. xxxvi. xliij. xlvj. p̄ totū. LVII. nō intelligit, neq̄ qd̄ ego volueri, neq̄ qd̄ ipse loquat. Scribit σωτηρίων p̄ ω mega, cū ptineat ad πινύμα. Deide admonet σωτηρίων nō coharere cū αὐτῶν, sed scribendū esse σωτων, cū σωτων cū neutra lectione quadret, siue legas σωτηρίων, siue σωτηρίωντος, cū σωτων significet teipm.

Hic aut̄ nulla est sc̄ta p̄sona ad quā possit referri σωτων. Qd̄ si legas σωτηρίων, nihil aliud quadrat, q̄ αὐτῶν prima tenui, nisi sensus est, spiritū discerpisse seipm, q̄ nihil ab surdius. Caterū qd̄ ait me in scheda respōdisse αὐτῶν priore aspirata idē pollere qd̄ σωτων, suspīcor illū ex σωτων fecisse σωτων. Sed vt paucis ostendā lector, qd̄ voluerim. Triphana hic locus pot̄ accipi σωτηρίων αὐτῶν, vt intelligamus sp̄m discerpisse hoiem, Aut σωτηρίωντος αὐτῶν, priore aspirata, vt sensus sit sp̄m discerpisse ab hoie, seipm dilacerāte, Aut σωτηρίωντος αὐτῶν, vt idē s̄sus sit cū primo, sed gignēdi casus pot̄ sit p̄fecto, qd̄ genus ē illud Aristophanis, μετὰ τῶν ἀποκρινόμενων δ̄ παρὰ πᾶν οὐδέ γιν̄. Hac quonīa mihi venterunt in mentē recognoscētū qd̄ erat excusum, vīsum ē impartire.

Itē. lxi. lxx. lxxv. lxxvij. lxxviiij. xcij. multa. cviiij. cxix. cxxix. cxxx. cxxxij. cxxliij. clx. cxci. cc. cciiij. ccxiiij. ccxxix. ccxxxv. ccxli. Nouarū. i. ij. viij. xi. xvij. multis locis, xx.

De nihilo morose rixat an. vi. viij. ix. p̄ totū. xi. xiiij. xlviiij. p̄ totū. lvi. lxxvi. lxxxij. lxxxiiij. xcix. cviiij. cxxxvi. cxxxvi. sup̄numeraria. ccxxxvij. ccxxxviiij.

De nihilo excitat tragedias ac seditiōes, an. xvij. xxxi. xlvj. xlvij. xc. cxij. cxxxij. cxxxvij. clx. clxxij. cxcij. cxciiij. cxcvij. cxcix. ccxxxiiij. ccxliij.

Postulat absurda. c. iij. cxlv. clxxvij. Nō cōstat sibi. An. iij. xix. cū negat esse q̄c̄q̄ dictu fœdū cū inuectiuis lōge aliud obijciat. xliiij. xcij. cxvi. cxx. Nouarum. xvij. x.

Palā calūniat. Ann. iij. v. xiiij. xvij. xix. imo p̄ totū. xxx. xxxij. per totū. xxxv. xliiij. multis modis. lxxvij. lxxxi. lxxxij.

per totū, cxiiij. per totū, cxxviiij. cxxxliij. cxli. clxxxiiij. clxxxviiij. ccix. ccxiij. cccxxiiij. sup numeraria. cccxxvij. cccxxix. Nouarū. vij. xvij. xx.

Stulte pbat. An. ix. xxxiiij. xliiiij. lxx. clxij. clxiiij. cxxliij. Noua
Foede labitur. xxxiiij. lv. ccxvi. (rū. xiiij.)

Canit palinodiā, sed supbe. An. xiiij. xvij. xciij. cxv. clxxxij.

Falso citat. An. xxx. xxxi. lx. lxxxiiij. xci. xcij. multa. xciiij. xcvij. cxv. cxviij. cxlv. ccxvij. cccxi.

Deprauat quæ citat. An. xxxvi. lxxxvij. cxviij.

Taxat sacros autores cū alias frequēter tū annotationum. cē
Fucum facit gloriā captās. xliiiij. li. liiiij. lxvi. lxx. (xxxvij.)

Docet quod non intelligit. lxxvij. cxxxij. clx. clxi. clxxxvi
cxciij. ccxv. ccxviij. cccxxiiij. cccxxxij. cccxxvij. Nouarū. iij.

Sensum hæreticum approbat. lxx. xcij. Nouarum. viij.

Nihil ad rem facientia. xci. cxxij. clxi. clxiiij. cccxxix.

Friuola notat. anno. iij. xxi. xxij. xxiiij. xxv. xxvi. xxvij
xxvij. xxix. xxxiiij. xlv. xlix. l. liij. liij. lvij. lix. lxij. lxiiij.

lxv. lxxiiij. lxxiiij. lxxx. lxxxvij. xc. xcviij. xcix. cix. cv. cvij
cxiij. cxxxiij. cxxv. cxxvi. cxxxvij. cxxxvij. cxxxix. cxi

cxliij. cxlvij. cliij. cliij. clv. clvi. clvij. clxv. clxvi. clxvij. clx
vij. clxix. clxx. clxxi. clxxiiij. clxxv. clxxvi. clxxviii. clxxix

clxxxii. clxxxiiij. clxxxiiij. clxxxv. clxxxix. cci. cciiij. ccv. cc
vi. ccvij. ccvij. ccxx. cxxxij. cxxxv. cxxxvi. cxxxvij. cxxx

viiij. cxxx. ccxli. Nouarum. x. xiiij.

Absurda, queq; videantur & sine mēte dicta. An. xxxij. xlv
lxxxvi. xcij. multa. cxij. cxxxvij. cxliij. clxxxvij. cxc. multa

cxv. ccx. cccxxiiij. cccxxvij. cccxxvij. cccxxvij. cccxxix. cccxliij.
Falsa congerit. xliiiij. cxiiij. cxiiij. cxxxvi. cxli. cxlvi. clxxx. c

lxxxvi. cxciij. cccxxvij. cccxxix. cccxliij. cccxliij. sepius. No
uarum. xij.

Erratum.

In fine quaternionis. P. siue in principio. Q. Defunt hæc ver
ba libro secundo Principium nec simpliciter nec non sim
pliciter. Si Augustinus &c. Cetera quoniā minutiora vide
batur, lector ipse facile deprehēdet.

Elenchi finis.

LIBER TER

T I V S.

Responsio ad annotationem Eduardi Lei, CXIII, aduersus annotationes Erasmi Roterodami in Acta Apostolorum.

Acto. i.



ER SPIRITVM sanctū precipiens. Quoniam hæc particula per spiritum reddebat orationē ambiguum, quod referri possit, vel ad superiora, precipiens per spiritum sanctum, vel ad sequētia, per spiritū sanctum, quos elegit, vt ostēderem rectius accōmodari ad superiora,

præsertim cum ordo sermonis præposterus sit alteram sequentibus sententiam, per spiritum sanctum, quos elegit, pro eo quod erat, quos elegit per spiritum sanctum, adhibita periphrasi veteram hunc in modum. Ad eum vsque diem, quo postq̄ impartitus in hoc ipsum spiritum sanctū, mandasset Apostolis, quos delegerat, rursum assumptus est. Hic Leus negat opus fuisse periphrasi, cum nostra lectio congruat ad sermonem Græcum. Imo non quadrat, vel in hoc quod non congruit ratio tēporis in *ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ*. Sed negat ex Euangelistæ verbis elici, quod nos expressimus periphrasi. Imo quo minus alter sensus possit elici, sermonis ordo reclamat. Quid autem vetat intelligi qd̄ nos vertimus? An qui per pecuniam dicitur aliquem euexisse ad magistratum, nonne intelligitur impartitus pecuniā conciliaſse illi magistratum? Nec ideo nego per spiritum sanctum electos episcopos, qui regerent ecclesiam, si an-

B i

noto

noto Christū per spiritū sanctum delegasse suis prædicandi
 munus: Imo quod adducit Leus pro me facit magis. Porro
 quod ἐν τῷ λαμῆ 1100 refert ad hoc quod mox sequitur, ab Hieroso-
 lymis ne discederet, mihi sane videtur, tum coactius, tum di-
 lutijs, quasi fuerit hoc præcipiū, aut solū quod illis præcepisset
 cū Lucas illic attingat summā eorū quæ Christus mādasset
 suis a resurrectione. Ad hæc quod opus erat illic admiscere, quod
 mox esset narratur: Iam quod negat Lucā facere mentionem
 de prædicandi munere delegato apostolis, mihi satis est, quod
 Matheus & Marcus meminerunt. Porro de spiritu sancto
 nominatim meminuit Ioannes cap. xx. Sicut misit me pater
 & ego mitto vos. Hac cū dixisset, insufflauit & dixit eis, ac-
 cipite spiritū sanctū &c. Nec tamen ita sequor hanc senten-
 tiam, ut diuersam reiiciā. Hac de re cū nunquā monuerit Leus
 tamen annotat in indice: quod hunc locum non mutarim.

Eodem;

AD. CXV.

ET cōuescens præcepit. Annotatā mihi videri scribarū
 vicio deprauatū, cōuescens pro cōuersans cū neutrū
 verbū quod est in graecorū codicibus sonet conuesci. Sed
 Leus in Aleandrino Lexico legit συναλιξέας sonare etiā
 cōuesci. At vnde hoc hausit Aleander, nisi ex hoc loco, quā
 nemo opinor latinus dixit cōuesci. Quod αἰλιῖ graece sonet
 & diuersorū, Neque pugnat inter se conuersari, & conues-
 ci, at non ideo vox eadem vtrumque significat Neque facit ad-
 uersus annotationem meam, quod Christus a resurrectione
 nesciuit cibum cum discipulis suis Sumpsisse cibum
 cum discipulis statim a resurrectione palam declarat Euan-
 gelica historia. Nec hoc sensit Lucas his verbis Christum
 cōuuiuium egisse cum suis eo die, quo repetijt cælum. Sed
 summā proponit eorum quæ gesta sunt ante seruatoris ascen-
 sionem, quo cōnectat euangelicæ narrationis seriem, cum
 hac historia. Cætera minutiora sunt. Nec huius rei nos ad-
 monuit Leus, cum nunc recenset inter manentia. Sed hic
 Leus sumpto Christiano animo, quodāmodo palinodiam
 canit

canit & hoc nomine vult sibi debere lectorē. Sic enim in-
greditur, quia inquit vtilitati tuæ studemus, optime lector,
ne quid ignores &c. Deinde promittit simili modestiavsu
rum sese etiam in cæteris, si quid offenderit apud veteres,
non pudebit inquit recinere, si opus sit, aut saltem te cōmo-
nere. Quod si Leus prestabit id quod pollicet, nō dubito
quin ducetas sim⁹ habituri palinodias. Atq; turpissimū est,
^{modus Δεπ} vbi sic impetitur fama, p̄ximi, vbi tāto suspicio
res geritur, vbi colaphis passim cedimur, vbi hereses, schis-
mata, & his dictu atrocía vocabula intentantur. Hic Leus
non gravabitur recinere, Vt fatissiat lectori, quo pacto fatif-
fiet mihi: At ego in priore æditiōe multo magis ingenue
pollicitus sum palinodiam, si quid offenderem secus quā
oportuisset dictam, idq; non vno in loco Inuitavi studio-
sos, cōmonstrarent si quid offenderet. Atq; id feci in opere
non ad carpēdum, sed ad docēdū parato. In quo nullius fa-
ma incessit, in quo nomen etiā eorū illustro a quib⁹ dissen-
tio. Et Leus post tot rixas, tot iurgia, tot cōiucia, post tam
multa seditiosissime dicta, post æditum librū insigniter fa-
mosum, sibi ignoscet, si modo cōmonescerit lectorem ex-
toris sui: sed incolumi tamen ipsius dignitate. Idq; faciet ce-
dens auctoritati Augustini, aut similitum: alioqui non cessu-
rus, ni tanti essent nominis apud omnes. Et tamen interim
vult expendi rationes illas admirabiles, quibus suam sen-
tentiam communiit, quæ fortassis efficient, Vt ab Augu-
stino descilentes in Lei sententiam pedibus discedamus.
Iam illud lubens rogarim Leū, si permittat, cum simul edi-
derit, & priores annotationes & hunc indicem, cur non
correxit potius duas illas annotationes q̄ hanc palinodiā
adiexit indici, non mutatis illis, quæ male scripserat. An me-
tuebat, ne parum amplum esset volumē: Nec enim video
quam aliā causam possit prætexere, Parisijs excudebatur li-
ber, Leus erat Louanij. Qui si adfuisset, videri poterat ex-
cussis iam chartis illis sero deprehendisse, quod hic recantat

Nisi

nisi forte Lei frater Galfredus hoc adiecit de suo, qui casti-
gando libello præerat, cui debes lector, quod habes eū vs-
q̄ adeo purum putumq̄ a mēdis. Siquidē hic plane iuxta
græcorū puerbiū, ἀδελφὸς ἀνδρῶν παρῶν. Verū illud pene me
fugerat, cum ego in posteriore æditiōe nō semel adduxis-
sem testimoniū S. Augustini ex libri primi quē scripsit ad-
uersus Felicem Manicheū cap. iij. Leus id dissimulās citat
eadem verba, ex operis quo respondet Augustinus litteris
Petiliani Donatistę cap. x. Atqui cū huius operis sint tres li-
bri, nullius horū decimū caput habet aliqd̄ huiusmodi, vn-
de consentaneū est Leū aliqua occasione hic falsum esse. Iā
& illud festinū, qđ hęc Augustini lectiōnē paraphrasin vo-
cat, cū locus ipse doceat hęc ecclesiasticā fuisse lectiōnē. Sic
em̄ narrat notarius excipiēs q̄ tum agebant. Et cū reddidis-
set codicē Euangelij, accepit actus apostolorū & dixit, Ac
paulo post, Et recitauit in actibus Apostolorū Primū qui-
dem sermonē & c. Bellū vero futurū erat, si episcopus stu-
dens testimonio diuinę scripturę reuincere hæreticū, pro
verbis Euāgelistę, suā adduxisset paraphrasim. Quin vel
hic vnus locus apud Augustinū arguit ecclesiasticā lectiō-
nem, certe apud Afros, aliā fuisse, q̄ qua nos vtimur hodie,
Locū reperies. iij. & v. cap, cōferat si cui vacat.

AD CXVI.

Acto. ij. **L**icet audenter dicere μετὰ ἀσφάλειαν Cum audenter lo-
qui, & libere loqui idem valeant, cur Leus & a me
dissentit, & ab interprete? Cuius sermonem cum alibi di-
cat esse spiritus sancti, demiror quod non veritus sit auden-
ter vertere in palam.

AD CXVII.

Acto. iij. **M**oses quidē dixit, Admonet Leus, quod additur
apud græcos, ad patres, in latinis non esse. Id si tum
admonuisset, fuisset additum. Nec hic aliud potest obijce-
re, q̄ humanam incuriam, in re non periculosa. Et in poste-
riore æditiōe additum est, citra Lei admonitiōnem. Ad

ADuersus puerum tuum Iesum.) Cum *παῖς* apud Græcos polysemon sit, & ut arbitror etiã apud Hæbraeos, admonéo magis verèdum esse filium, q̄ seruum, quoties de Christo loquimur, quod filiũ dei frequẽter & certo vocatum legimus, seruus an dictus sit incertum est, ob vocem ancipitem. Sed Hieronymus contendit Christum vocari seruum. At Ambrosius dissentit, enarrãs Epistolæ ad Philip. cap. ij. Non em̄ inquit, mihi sicut quibusdam videretur, sic formam serui accepisse, dum homo natus est. Ac paulo superius, Formam tamen dei non accepisse dicitur, sed esse in forma dei. Serui autem formam accepisse, dum quasi peccator humiliatur: Serui aut̄ ex peccato fiunt. Sicut Cham filius Noe, qui primus merito serui nomen accepit. Vides ut Ambrosius non aliter admittat in Christo serui personam, q̄ personam peccatoris.

Verum cum toties falsus, non satis fiderem Leicæ citationi, visum est excutere loca, quæ adducit, non opinor ex ipsi fontibus, sed ex indice, quem indocte vocat cõcordiam biblicæ. Nã primũ Esaiæ c. xli. Hieronymus q̄ iuxta Hæbraeos vertit, Et tu Israel serue meus, cũ plixio sermone locũ interpretet̄, ne v̄bo qdẽ meminit Christi, verũ totũ hoc ad Aplos accõmodat, & noiatim ad Paulũ, q̄ prius fuerit seruus legis Mosaicæ, mox electus ad Euãgelij p̄dicationẽ. Neq̄ sec̄o interpretat̄ glossa, quã vocat ordinariã. Et hic est loc̄, quẽ Leus negat alio detorqueri posse, q̄ ad Christũ. Refellat igit̄ Hieronymũ false interpretantẽ, & suos auctores adducat, q̄s repudiato Hieronymo seq̄mur. Porro qd̄ adducit ex eiusdem p̄phetæ c. xliij. demiror cur putarit p̄phetæ verba mutãda. Cũ em̄ illic iuxta versionẽ ex Hæbrais habeat̄ Ecce seruus meus, suscipiã eũ, Ac iuxta septuaginta legat̄ Ecce Iacob puer meus assumã eũ. Leus adducit Ecce seruus meum suscitabo eũ. Vbi nũc est illa lex terrificã, quæ nec apicem patitur immutari in sacris litteris?

An excu

An excusabit incuriā: Sed vt ipsi videt supinitas in sacris lit-
teris impietas est. At fortasse sic habet index. Verū oportet
bat in re sacra locum ipsum expendere, præsertim cum pa-
raret carpere. Atq; hunc sane locū Hieronymus interpreta-
tur de Christo, sed negans addi mentionē Iacob, Cum va-
ticinium ædatur de Christo. Et tamen hic Iacob additur a
septuaginta. Iam in eo quod citat ex Esaia cap. xliij. Vide-
tur. Primum cum illic habeatur iuxta translationem, Voca-
ui te noīe tuo meus es tu. Leus sic adducit, Vocauit te noīe
tuo, seruus meus es. Vbi nunc dormit illa terrificā lex, q̄ di-
minuerit, aut apposuerit: Hic nihil habet Leus quod præ-
texat, nisi suam vel incuriam vel incitiam, cuius alijs nullā
omnino facit gratiam, alijs Cato, sibi Suffenus. Verum opti-
mor me deprehēdisse, quid hic imposuerit. Leo. Index, quē
concordantiam vocant, sic adducit hunc locum, quemad-
modum refert Leus, vt iam verear, ne Frobenio scribat di-
cam, & falsarium appellet. Quod dico, pbabilius facit, q̄
negat hūc locum alio detorqueri posse, q̄ ad Christū cum
Hieronymus totum interpretetur de choro Apostolorū,
quemadmodum primum illum, Et fortassis eodem perti-
neret medius, etiamsi dissentit Hieronymus. Non sic opinor
delirasset Leus, nisi ex indice decerpisset, q̄ adducit. Hic
est qui nos submouet a tractandis sacris litteris. Hic qui do-
cebit orbem, quam caste, quam circumspecte, quam reli-
giose tractandæ sint diuinæ litteræ. Cæterum vt Hiero-
nymus conatur ostendere nomen serui competere in Chri-
stum, ita multorum aures abhorruerunt ab hoc nomine,
quod indignitatem quandam sonat prima specie, & pug-
net cum nomine filij, quod sibi semper usurpat in Euange-
lio CHRISTVS, qui & Apostolos suos, iam edo-
ctos arcanorum, pro seruis amicos appellat. Quanquam
hoc loco non recenseo meam opinionem, sed de Lauren-
tiana disputo, Nam sub mea persona loquens, dico in an-
notatione

notatione. Et fortasse serui appellatio in hunc non conuenit, Et plane non conuenit, quatenus est filius. Id me sensisse satis indicat quod sequitur, Etiam si obediuit & subditus fuit patri iuxta assumptum hominem, sed ut filius, non ut seruus. Nam filius obtemperat, sed sua sponte. Seruus metu suum facit officium. Porro quod Hieronymo Christus dicitur vermis, pro me facit, si recipimus hyperbolen. Neque desunt autores, qui in hanc sententiam pedibus eant. Refellit, quod obiter addideram CHRISTVM non fuisse puerum quum adferret salutem. Quid opus erat hic arguari, quum Petrus interpretetur, de morte Christi, qua nos redemit, etiam si tota CHRISTI natiuitas ac vita ad humani generis salutem pertinet. Conuenerunt enim, inquit, vere aduersus sanctum puerum tuum Iesum Herodes, & Pontius Pilatus. Porro quod rursus disputat in indice Leus, aduersus posteriorem aditionem, magis ad Ambrosium pertinet, quem secutus sum, quam ad me. Illi prius refellat oportet, qui negat sibi placere sententiam eorum, quibus CHRISTVS ideo diceretur accepisse serui formam, quod factus esset homo. Iam quod negat CHRISTVM fuisse subditum patri, quatenus erat filius, sed quatenus erat seruus, fortasse verum est, si CHRISTVS, iuxta naturam humanam, nullo modo dicitur filius, dei, quum homines pii filij dei vocentur.

AD CXIX.

Actorum sexto.

Non cessat loqui verba. Hic quando nihil mutone in nostra quidem lectione, nec in Graeca, non est quod carpat Leus, nisi rationem, imo coniecturam meam, Acto. vi.

meā quam adfero in annotationibus. Et tamē erat cur suspi-
carer apud gręcos additū, vel hoc argumento, quod in lati-
nis codicibus nō haberetur, maxime cū eo nō adiecto cō-
stet sententia. Cęterū quod obiter ait Leus fieri posse, vt ali-
quis loquatur aduersus tēplum aut aduersus deū citra blas-
phemiam, mihi videtur abesse multum a vero.

AD. CXX.

Acto. viij.

Hic prorsus pręter omnē causam incesse Leus exēpla-
ria gręcorum. Admonerā in quibusdam gręcis co-
dicibus deesse verbum vnū aut alterū, sed addo, mihi videtur
omissos incuria librariorū, & eisdem in alio codice cū rep-
perissem ascriptos in margine, adieci. Quid hic queritur
Leus. Nihil deest ne in priore quidē editione. Annotatio
testatur codices illic fuisse mutilos, Sed succurrit alius. An
ideo nō est credendū gręcorū exemplaribus, si in vno quo-
piam aut altero reperiat locus mēdosus? Quis autē tam
stultus vt in tali negotio fidat vni codici? Sed ciuilius est in
calce huius annotationis q̄ solet alibi, negās fidendū gra-
cis codicibus, ni cōperiat Hieronymus aut alius quispiā
veterum cū illis consentire. At istud agimus hoc toto ope-
re. Debebat tamē addere, aut nisi suffragentur exemplaria
vetusta latinorum.

AD. CXXI.

Acto. ix.

Divum est tibi. Cū contextus & gręcus & latinus sic
haberet vt probat Leus, quid obfuit, quod in anno-
tationibus admonui particulam hanc in gręcis quibusdam
codicib⁹ abesse? Quid aliud suspicari potest q̄ me post alia
nactum exemplaria. Neq; tamen perpetuū est, vt quod ait
Leus narratio repetita per omnia respondeat.

AD. CXXII.

Acto. x.

Quomodo vnxit eū deus. Cum nō negem apostolo-
rum sermonē licet inconditū, tamen efficaciorē fra-
isse, aliorū oratione q̄tūuis phalerata, cū ipse Leus fateatur
sele parūfacere, vtrū dicam⁹ apostolos vnicā lingua loquū-
tos ita

tos in actis, quæ sit ab oibus intellecta, an linguis diuersis,
quâdo hoc & hodie cõtrouersum est inter Theologos, cū
non differat in hoc, quod aio apostolos ex consuetudine
græce loquentiũ grecam linguam didicisse, quid igitur tot
verbis agit: Displicet illi, quod viciũ sermonis noto in apo-
stolis. Si viciũ appellat formã sermonis abhorrentẽ a ra-
tione & vsu emendate loquentiũ, quid piaculi sit, viciũ
hoc tribuere apostolis: quod tocies facit Hieronymus. Sed
notas inquit Imo Lei vox hæc est, non mea. Et hoc Syllo-
gismo claudit hæc annotationẽ. Tu sermonẽ a decretis lin-
guæ exorbitantẽ viciij notas, ego nihil viciij patior dici in
opere dei. At sermo apostolicus opus est dei, quẽ qualis
cũq; sit veneror pre maiestate Quid: an ego vsq; asperror
sermonem apostolicũ: An non frequenter illorum cœlestẽ
admiror eloquentiã: Si Leo nihil aliud est viciũ q̃ pecca-
tum, fateor in opere dei abesse peccatum, aut certe abesse
debere. Sin balbuties linguæ, aut lippitudo viciũ est, qd
prohibet tale viciũ cõiunctũ esse cum opere dei: Leus
imperitiã sermonis tribuit Paulo. An qui tribuit imperi-
tiã sermonis, non tribuit viciũ: Sed hoc viciũ venerat
Leus. At non quatenus est viciũ. Nec veneramur sermo-
nis incõmodum, sed sententiã. Si Paulus vsus sit veste la-
cera, nõne diceres vestẽ viciõsam, citra Pauli cõtumeliã
An cum lectorẽ torquet incõmoditas sermonis, nõ licet il-
li subuenire: Nec enim aliud agimus hoc loco. Excute le-
ctor annotationẽ meam, nihil reperies in apostolos secus
dictum q̃ oportet. At gaudet Leus in hac annotatione so-
cium habere Martinum Dorpium, ne solus sapere videa-
tur, quasi vero periculum sit eius rei, ni Dorpius succurris-
set. Tamerli Dorpium non idem mouit quod Leum. Imo
habet & Eccium huius rei socium, quo minus metuat, ne
solus sapere videatur. Sed Eccio respõdimus epistola quã
admiror quo consilio dissimulet sibi lectam esse iam quod
addit in Indice Leus: mihi in posteriore editione additum
C quod

quod nolim hac de re digladiari, nihil facit ad hanc rem de qua mihi cum Le^o controuersia est. Nam uicium sermonis plane tribuo apostolis, etiamsi non taxo, neq; incesso.

AD. CXXIII.

Acto. x.

Hic notat, quod cum admonuerim in annotationibus plusculum esse in grecis codicibus q̄ in nostris tamen non adiecerim in contextu quod nostris deerat. Fingat hoc mea incuria omissum, satis erat alicubi monitū esse lectorem. iam quod in posteriore adiecim⁹ aeditione id qd̄ deerat in priore Leus tacite rogat, ut ipsi feratur acceptum.

AD. CXXIII.

Acto. xiiij.

Saluatorem Iesum Hic cum in contextu sequutus sim eos codices qui habebant additū Iesu nomen itaq; uerterim, nihil habet Le⁹ quod suggillet nisi, quod in annotationibus admonuerim in nonnullis codicibus non addit Iesum, & addo, fortasse nondum erat tempus explicandi nominis. Id ideo uenerat in mentem, quod legamus fuisse tempus, quo Christus nōdum uoluerit predicari Messias, rursum apostolos in initio prædicationis apud rude vulgare Iesu nomē adhuc erat inuisum, Seruatorem predicari, suo tempore expressurus & nomen. Id quoniam mihi non admodum probabatur adieci, forte. Quod adiecerim probat Leus. Proinde nihil hic mihi cum illo controuersie est.

Ad. CXXV.

Eodem.

Admonueram in quibusdam pro ^{σωτήρα} _{resip} haberi ^{σω} quod cum nostra lectione cōsentit, & tamen sequor, Quid est igitur quod _{leup} ^{quæ}

queratur Leus.

Ad. CXXVI.

Miror cur ex vna duas fecerit annotationes. An hoc reprehendit, quod maluerim sequi codices grecos qui cum nostris consentirent. Cum tester in quibusdam alijs defuisse.

AD. CXXVII.

Leus indicat in nostris codicibus haberi, quæ desint in grecis, nimirum hæc. Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas Lystris morabantur. Quid facerem, quando hæc, nec in Aldiæ editione, quæ post meam prodijt habentur. Hoc si tum admonuisset Leus fortassis huius rei mentionem fecissem in annotationibus. Caterum quod Leus ex hoc loco colligit, non esse fidendum grecis codicibus, quibus non ob aliud tam iniquus est, nisi quod a me proditi sunt in lucem, ego vicissim colligo. Lei iudicio nihil esse tribuendum, cum in codicibus quibus addita est glossa quam vocant ordinariam, totum hoc deest, & glossema quod apparet esse Bedæ admonet in grecis haberi, in quibusdam vero latinis non haberi, Quin & Iyranus cum scribat perpetuum commentarium, hunc tamen locum in enarrando non attingit. Imo ne in cõtextu quidem codicis habebatur, quosum vsus, cum hæc scriberem iam in æditione quæ habet Hugonis Carrensis commentarios, videmus adiectum in spacio marginis. Alias non habet, Sed est in greco. Eat nunc Leus, & nihil addubitet, quin grecis desit, quod in nostris legitur sed non omnibus.

AD. CXXVIII.

Cum

Actor. xiiij.

Actio .xvij. **C**um Græce sit ὡς τάχιστα, quod Latine reddi poterat
Credere a græcis verbis, parumq; latine reddere. Le
us admonet, hoc indicari potuisse ciuilius, videlicet inter
preti deferens, quem purat afflatu diuini spiritus hæc ver
tisse. Ego diuersum sentio, atq; adeo mecum diuus Hiero
nymus.

AD cxxix.

Actio .xix. **D**E via domini. Indico apud Græcos non addi do
mini, videri apud Latinos additum explicanda rei
gratia, Cæterum potuisse verti de hac via, quod articulus
περὶ τῆς ὁδοῦ, demonstrat certam viam, nimirum eam, de
qua paulo ante facta est mentio. Sed non idem, inquit, per
mittis interpreti Ioannis in ἐν κόσμῳ, id est, in hunc mun
dum. Neq; damno tamen interpretem, imo alicubi excuso
Quanc̄ non est similis ratio. Non est alius mundus, quam
hic mundus. Sed absurde quis dicat de via, nisi addat aliqd,
q̄ certam viam demonstrat. Neq; consequens est, si alibi ni
hil certi demonstrat articulus, idcirco nusq; aliquid certi de
monstrare.

AD cxxx.

Actio .xxi. **A**dmonueram ex hoc loco videri Iacobum in ea fuisse
esse seruandas. Leus dissentit. Primū quid miri sit, si id sen
sisset Iacobus inter Iudæos assidue versans, cum in hac sen
tentia fuerit aliquandiu Petrus, abhorrens a cōgressu Cor
nelij; Neq; tamen id sensi, Iacobo visam Moysi legem ad sa
lutem esse necessariam, sed seruandam adhuc ad vitandum
offendiculum infirmorum, Cum Paulus putaret esse tem
pus, negligendi eam superstitionem, vt ipse vergentem in
magnum discrimen Euangelicę doctrinæ.

AD cxxxi.

Actio .xxij. **P**οιχῆστο, quod interpretis venit præordinauit,
dico rectius vertendum fuisse preparauit. Nam præ
destinare

destinare est statuentis, *προεξήρισται* est aggradientis, quæ
preparent ad ea, quæ mox secutura sunt. At Leus contem-
dit etiam illa media fuisse prædestinata. Quis hoc negat?
verum hoc non narrat hic Lucas, in cuius interpretem scri-
bo annotationes. Et tamen si satis commemorari, notat alicu-
bi in indicibus Leus, quod detraham prædestinationi di-
uinæ, cum hic nihil aliud, quàm græcæ vocis explicem vim
ac proprietatem.

AD cxxxij.

Percutiat te deus. Hic ostendo, neq; conuictum fuisse
quod dixerat Paulus in pontificem, neq; mendacium,
quod dixit, se ignorasse, quod pontifex esset, & tamen ob *Acto. xxij.*
tumultum agnouisse, veluti dictum conuictum, & agno-
uisse veluti pontificem, qui reuera pontifex non erat. Hic
Leus sic mauult Paulum excusari a mendacio, quod Ana-
nias vere non fuisset pontifex, abrogato iam Mosaico pō-
tificio. Verum qui potuit hoc ignorare Paulus? Hic ma-
gis hærebit in periculo mendaciæ. Sed mentitur, inquit, qui
pontificem quæstiuus scelerosum negat esse pontificem. At nō
mentitur, q; hoiem brutorū exemplo, seruientē veniri, ne-
gat esse hoiem. Mendaciæ reus erit Paulus, inquit, etiā si quæ-
dixit, aliquo mō verū sit, nisi verū fuerit ad sensum commu-
nem. Hanc legem plane reijcio. Alioqui nō excusabimus
Christū a crimine mendaciæ, q; dixit, soluite templū hoc, &
in tri duo redædificabo illud. Item cū iubet tunica diuen-
dita emi gladiū.

AD cxxxij.

Indicavi versum vnū atq; alterū in nr̄is haberi, q; in Græc *Acto. xxij.*
cis nō inuentret, admonēs lectorē, vt sicubi reperiret, ad-
deret. Nā nec in Aldina a ditione cōperio additū. Quid
aliud potui facere, q; feci, etiā si profus addēdum esset, qd
desiderabat. Et hic Leus putat ob hanc causam, nō esse fi-
dendū Græcis codicibus. Et qd, inquit, nos tantopere con-
sidimus in Græcis exēplaribus, Etiā si a ditiō nr̄a non bene
habet,

habet, quomodo emendabitur ad codices interdum muti-
los, interdum plane falsos. Vt pñūciat censorculus noster,
quanta cum auctoritate. Credas dictatorem loqui. Imo totū
hūc locum, quem hic affirmat deesse Græcis codicibus, q̄s
ob id mutulos appellat, Lyranus indicat, non pertinere ad
contextum, nec in libris emendatioribus haberi, verū scho-
lium hoc in margine fuisse adiectum, quod causam redde-
ret, quare Tribunus voluerit Paulum sic esse munitum. Id
Scriba quispiam rettulit in contextum. Hæc Lyranus ne-
quaquā ex suo capite somniauit, sed in vetustis aliquibus cō-
mentariolis repperit, e quibus suam enarrationem concinna-
uit. Eamus nunc, & distiti Græcis codicibus, fidamus Lei
somniais.

AD cxxxiiij.

Acto, xxiiij

IN actis non suppetebant nobis perinde multa exēpla
ria. Videntur em Græcis Acta nō perinde esse in vsu ec-
clesiastico. In ceteris deerat aliqua pars, quā tamē in vno
codice repperi ascriptā in margine, & hinc adieci. Quid
igitur queritur Leus? Habet quod vult. An ideo non est
fidendum Græcis codicibus, si quid in vno quopiam omi-
serit scriba, quod tamen in alijs emendationibus comperia-
tur: Nam & ipse repperi, vt dictum est, in vno codice, & in
Aldina legitur æditione. Quanquā glossa, quam vocant or-
dinariā, testatur, aliquot versus minus haberi in nostris co-
dicibus, qui tamen in græcis habeantur hoc sensu. Quem
apprehendimus, & secundum nostram legem volumus
iudicare. Transiliens Lysias tribunus, cum multa vi de ma-
nibus nostris eduxit, iubens eius accusatores ad te venire,
quo possis ipse dijudicans de omnibus istis cognoscere.
Si verum est, quod ait Leus, hæc verba esse necessario ad-
denda, & si non mentitur glossa, in nostris codicibus deesse
se, quin in nostris codicibus fidem desiderat potius, quam
in græcis? Adeo infensus est Græcicæ genti Leus: opti-
mor, quod adhuc illi Græcitas parum feliciter cesserit. Cæ-
terum

teretur quod Leus negat cohærere sermonis tenorem, o-
missis quæ dixeram abesse, propterea quod sequatur, a q̄,
sciat in nostris deprauate legi, a quo, cum glossa citet, quo
possis ipse diiudicans cognoscere.

AD cxxxv.

Ad hanc nihil respondeo, quãdo Lei coniectura nõ Eodem,
consistit. De mea videris lector. Quod si quid re-
ctius tibi veniet in mentem, candidus impartii,

AD cxxxvi.

Cum interpres dormitans prodigiosum admisit so- Acto, xxvi,
lœcismum, ira vertens, Omnia quæ apud nos sunt cõ-
suetudines, & quæstiones, Leus tamen indignatur
mihî, quod hoc indicarim, atq; excusat interpretem du-
plici nomine, vel quod insciens peccarit, vel quod locus
sit a librarij viciatus. Quis autem tam indoctus, vt hunc
solœcismũ non sentiat? Ab alijs locũ viciatũ esse, non est p-
babile, siue quod alias frequenter ad eundem dormitet mo-
dum, siue quod omnes codices consentiant. Porro quod
hic nomino Theologos, non insector illos, sed quod hu-
iusmodi solœcismos patienter ferant admiror. Atque hic
multis verbis patrocinator Theologorum barbariei, & il-
los in me concitat. Postremo locum hunc recenset inter ea
quæ non mutauerim. Quum in æditione posteriore, omi-
serim Theologorum mentionem, ne quid esset odiosius.

AD Supernumerariam.

Benigne triduo habuit. Quum paulo superius tam Act. xxviii
insignem solœcismum non viderit interpres, Dem-
ror cur hic tam eleganter sit loquutus, præsertim quũ
apud Græcos aliæ sint voces. Nam benigne dixit pro hu-
maniter, & habuit, pro tractauit.

Hic rur

Hic rursus adiurgora Leo, qui tam inclementer tractē interpretē, quasi debeamus illi tantā reuerētiā. Negat hoc esse instituti mei, emēdare latinū Euangelium, ad veritatē græcam. Imo hoc susceperā maxime, & si quid male reddidit interpretes indico, cur non liceat ostēdere, si quid elegantiz causā discessit a græco sermone?

IN EPISTOLAM AD ROMANOS
AD. XXXVII.

Roma. i.

EX resurrectione mortuorū. Cum apud græcos sermo sit anceps, & in multos sensus trahi possit: collectis varijs argumentis, magis in hoc propendo, vt intelligamus Christi virtutē diuinā in hoc declaratā, quod ipse resurrexit a mortuis, quā quod quidā illo moriente reuixerint. Cuius rei solus Mattheus meminit. Et quo partē hanc reddam probabiliorē, addo coniecturā, si quod Mattheus velut obiter meminit de quibusdā ad vitam reuocatis, quorū nomina tamen nō citat, proprie perti. nuisset ad cōprobendam diuinitatē Christi: cæteros etiā Euangelistas huius rei mentionem facturos fuisse. Quod mortuus est Christus, nullus nō meminit. Nā proprie pertinebat ad declarandam humanā naturam, quod resurrexit meminere oēs. Siquidem hoc faciebat proprie, ad declarandā illius diuinā virtutem, præcipue quia reuixit virtute propria, quæ admodum testatus est ipse, sibi esse in manu ponere animā suam, & cū vellet recipere eam. Nā quod ad Christi vocē reuixerint: quidam, etiam si testetur in summa diuinā naturam, tamen non testatur proprie, cū legamus & a prophetis excitatos ad vitā defunctos. At nemo purus homo sic posuit vitā, & sic arbitrio suo recepit vitā. Hæc cū dixerim in annotationibus inquirēdi studio, nec oīno stulte, nisi fallor, Le^o nescio quid tragicū somnias ratiocinatur hūc in modū. In his ingit quæ certa fide tenemus, sicuti de his quæ scripserūt, vel nō scripserunt Euangelistæ, quod verū non est, nec ego puto probabile esse. Nam quod probabile est nō nullam habet rationē.

rationem, qua defendat. At vero scripsisse Euāgelistas qđ
non scripserūt, tantū abest, vt defendi debeat, vt plane im-
pium sit defendere. Pręsertim cū ecclia plenā nobis Euāge-
listarū rationē, iam olim tradiderit, vt impiū sit, vel addere
quicq̄ vel adimere. Quod si quisq̄ audebit dicere, pbabile
esse, hoc scriptū Euāgelistis, qđ Euāgeliste non habēt, vel
non esse scriptū Euangelistis, qđ plane in Euāgelijis conti-
netur: quid pōt dici apertius pro hereticorū decretis. Qui
Euāgelijū infestant, hac ianua aperta, tollent cristas, Nihil
protuleris ex Euāgelio tam forte, quod ipsi non retorque-
ant. Quippe clamabunt probabile esse, non hoc scripsisse
Euāgelistā, sed falso a nobis confictū. Hactenus Le⁹. Ob-
secro te lector, si talia scriberet Erasmus qs crederet illi men-
tem esse: Frequenter ad ista cōnieo, & vtinam semper li-
ceret. Ac facerem ni tam odiose nos impeteret. Quis vnq̄
dixit ab Euāgelistis narrari factū, quod factum non est?
Quis vnq̄ aliquid ademit, aut addidit Euāgelijis? Quis
vnq̄ ademit auctoritatē Euāgelistarum narrationi? Quis
dixit illic esse quicq̄ a nobis confictū? Quis ferat hęc tam
odiosa sine mente, non modo sine causa dicta? Et tamē hūc
locum notat etiam in primo indice ceu vehementer peri-
culosum. Tandem propius ad rem accedit ostendens, ab
alijs Euāgelistis, alia dicta aut omissa, sed ita temperatam
scripturam, vt summa fidei constet. Quid tum postea? An
si ad Christi doctrinā aliquo modo pertinet, cōsequitur vt
proprie pertineat ad comprobandam Christi diuinitatem?
At nec Leus argumētatur tam ciuilliter, imo sic agit, quasi
dixerim, si quid omissum sit ab Euāgelista quopiam, ideo
pro conficto habendum, quod ab alijs non cōmemoretur.
Sic enim loquitur. Non tamen credo, dices, probabile esse
hęc non fuisse omisso, si ita haberent, vt refert Ioannes.
Alioqui fiet, vt pene nihil certum sit apud Euāgelistas,
cum non omnes omnia dicant, & quę dicunt alio modo
dicunt, & si nō alio sensu, si quis Christiane intelligat. Dis-
D peream.

peream ni me horū pudet etiam aduersarij nomine, vel ob hoc ipsum qd Theologus dicitur. Vtinā v' inimicū suum audisset, bene consulentē, cum hæc ederet. Si librum suum cōmunicasset, non huiusmodi prodidisset orbī, de quibus quid iudicaturū sint docti, me pudet diuinare.

Eodem:

AD. CXXXVIII.

INter argumenta quibus tum vtebar vellicat & illud, quod cū mortui quorū meminit Matheus, reuixerint, anteq̄ reuiuisceret Christus, scripserim nō videri verisimile Paulū hic sentire de his. Sed vt rem in pauca conferā. In hoc a me dissentit Le^o, quod hos mortuos resuscitados vocarim precursores resurrectionis Christi. Quales inquit p̄cursores erant qui postea apparuerunt, q̄ is quem preibāt, Ad id vt tribus verbis respondeam. Qui prior ad vitam redit, nōne p̄currit? Sed ignotū erat eos reuixisse. At hoc nobis cognitum est ex narratione Euāgelistæ, Et fortasse tūc multis erat notum. Postremo quia loānes paucis prædicauit in deserto an ideo nō fuit *πρόδρομος* Christi? Le^o testes dici mauult, q̄ p̄cursores Sed loānes baptista, an ideo nō fuit testis qd' eēt p̄cursor? Verū in his nenis operę nimīū.

Eodem.

AD. CXXXIX.

VRget hoc quod scripseram Si Paulus volebat asserere Christi diuinitatē, magis debuisse cōmemorare resurrectionē ipsius q̄ aliorum. At Leus putat efficacius argumentū, si sentiatur de generali resurrectione. Ac verū dicit, si ea tum fuisset peracta. Verū vt hęc persuaderet, Christi resurrectio q̄ p̄cesserat, prius erat p̄suadēda. Et tamē hęc opinionē quā amplectit̄ Leus, p̄p̄modū inter ceteras reorū: videlicet intelligi totā resurrectionē, capitis ac membrorum: quod sit velut eadem omnīū resurrectio.

Eodem

AD. CXL.

AVaricia & c. Quoniam subinde variant codices, non gręci modo, verū etiā latini, quoties recēsent huiusmodi noia virtutū aut viciorū, & in his qdā ita distorquet se,

sele, quasi certus sit nūerus, Cū pbabilius sit apostolū sum-
mā earū rerū voluisse proponere, vt ex his q̄ cōmemorantē
intelligamus & alia his affinia, duobus v̄bis admonui, nō
esse tam anxie numerādas voces, cū in epistola ad Galatas
numerenē fructus spiritus, opera carnis nō numerent. Ni-
mirum id sentiens, si Paulus habuisset in aīo numero cer-
to recēdere, spiritus & carnis opera, debebat vtrinq; nume-
rus inter se cōstare contrariorū. Quot enī adfert cōmoda
spiritus, tot incōmoda adfert caro. Deus respōdet virtutem
in angusto esse, viciū late regnare. Sed quid hoc ad rem?
Numerat Paulus opera carnis, sed numerus non respōdet
numero diuerso. Quod Deus dicit, fortassis vtcūq; locū ha-
bebit, si de generibus aut formis virtutū ac viciorū fiat ser-
mo. Nunc de fructibus est mentio. An plus incōmodorū
parit viciū, q̄ virtus cōmodorū? Tametsi qd̄ de nūeris ad-
monui, nō tātū de vicijs aut virtutibus dictū est sed de rerū
quarūlibet catalogo; i q̄ nolim interpretē supstitiōse torq̄ri.

AD. CXLI.

Ro. v.

HOc loco cum palā tester me recte sentire de peccato
originis, nō habet Deus, quod eo sane nomine me-
cum expostulet. Illud tantū admoneo, ne peccato hoc abu-
tamur vbi nihil est opus, necq; passim torqueamus scriptu-
ram diuinā ad culpā ex Adā primo parēte generis humani
contractam, cum possit & alius sensus cōsultere. Nec ideo
velimus passim amplecti mētionē huius peccati, qd̄ huius
psidio facilius elabimur ex angustia disputatiōis quē admo-
dū Astrologi suis abutuntē epicyclis. Quid hīc adhuc qd̄
offendat piās aures. An qd̄ noli aduersus hereticos detorq̄
ris scripturā? Sed inuis inq̄t, pctm̄ originis eē cōmētū Theo-
logorū. Qui cōsultit me fateri pctm̄ originis esse, & sentire
cōmēticiā esse rē. Anteq̄ cū Pelagio res esset, locū hūc bi-
fariā interpretabant, posteaq̄ Pelagianis bellū indiximus,
sic vrgemus hūc locū, quasi nō possit secus accipi. Atq; diu⁹
Ambrosius sic interpretat, vt non sit opus peccato originis,
Et Orige

Et Origenes cum vtrancq̄ referat interpretationem, tamen
 eam potissimū sequitur, quæ constat sine peccato originis,
 Sed extorques, inquit, interim hoc telū Theologis, q̄ con-
 ficiant hæreticos, quasi peccatū originis, nō possit aliunde
 demonstrari, q̄ ex hoc loco. Quod si impiū est hunc locū
 secus interpretari, q̄ de culpa originis, quid faciemus Am-
 brosius, qui secus interpretatur: Si tenes, inquit Leus, eccle-
 siasticū dogma, de peccato originis, nō est qd' metuas, ne
 inuentū sit Theologorū. At quis istud dixit: Fingat hunc
 locū, non posse secus accipi, q̄ de peccato originis, an ideo
 nō potest fieri, vt alicubi nō in tēpore abutamur hoc pec-
 cato: Fingat nullum esse locū in sacris litteris, cuius præli-
 dio doceam⁹ peccatum originis, an ideo nō creditur⁹ sim,
 quod credēdum præcipit ecclesia: Hanc annotationē que
 nihil habet præter studiū deprauandi mea, claudit hunc in-
 modū. Et vide Erasme, an hoc æquū sit, vt tu solus sapias,
 cōtra tot patrū grauissima testimonia. Per Christi charitatē
 obsecro te & obtestor Erasme, vt nolis inferre in ecclesiam
 sanctam, hoc nouum genus tractandi sacras litteras, cum ca-
 lumnia veterum. Quid: An ego solus sapio, qui Orige-
 nem & Ambrosium sequor autores, atq̄ etiā Theophyla-
 ctum, neq̄ dubito, quin is veteres Græcorum sit emulatus.
 An ideo aduersor patrū testimonijs, qd' indico sensum vtrū
 q̄ consistere: An calumnior veteres, q̄ sic aperio sensum
 alterū, vt illorū sensum non reijciā: Quæso te lector, vt lo-
 cum nostrū in annotationibus conferas, & videbis Leum
 hic nihil aliud, quam calumniari voluisse.

AD cxlij.

Eodem: **Q**uod Paulus Græce scripsit διῶθεν, & interpres
 verterat pertransijt, nos vertimus perualit, quoniā
 Augustinus huius occasione verbi lapsus esset, q̄ putauit
 dictū pertransire, qd' p̄terisset: eam ambiguitatē sustuli. Sed
 Leus obijcit mihi Origenē latine loquentem, qui legerit p̄-
 transtijt, atq̄ etiā diligēter enarrarit. Quid ni enarret, si illi
 idem

idem est pertransire, & peruadere. Aut quid nouū, si Hieronymus in vertendo secutus est vulgatā lectionē? Nū ideo mihi non licebit, mutata voce, sermonis amphibologiā tollere? Sed Origenes dixit, in sacris litteris nullā syllabā esse supuacaneā. Quid hoc ad me pertinet. Nū ego muto verbum Pauli *διῆλθεν*. Nam de Græco verbo locutus est Origenes. Et tamē hic locus recēsetur inter ea, q̄ nō mutarim.

AD cxliij.

In plures abūdauit. Admoneo Græcis nō esse *ἑἰς πλείους*, i. in plures, sed *ἑἰς τοὺς πολλοὺς*, i. in multos. At Hieronymus, inquit, legit plures. Fortasse, sed existimans nihil interesse, inter multos & plures. At Origenes explicat mysteriū aucti nūeri. Quid si id facit, nō ex huius occasiōe vocis, sed eius, quę sequitur, *ἐπερίσσωσεν*, i. abūdauit. Crescit qđ abūdauit. Et in priore parte, nō erat abūdantię mētio. Atque hunc quoq; locum norat a me non esse correctum.

Eodem.

AD cxliij.

Supra modum peccans peccatū. Cū græce sit *ἁμαρτωλος ἁμαρτία*, qđ perinde sonat, quasi dicas scelestum scelus, indico me dilucide potius, q̄ latine vertisse, peccaminosum peccatū. Hic obiicit mihi Hieronymū, qui legerit peccatū peccator. Vbi sic vertit Hieronymus? In cōtextu? Fatur igitur hanc versionē nō esse Hieronymi? In cōmentarijs? Quid hoc ad me pertinet? Vtriq; negleximus sermonis viciū, quo sensum exprimeremus Apostoli. Sed ille alter solocessat, q̄ ego. Quid igitur est periculi?

Rom. viij.

AD cxlv.

Et nō misericordiā consecutā, misericordiā cōsecutā. Hæc admoneo nō haberi in græcis codicib⁹, & idico q̄ occasiōe videant adiecta, videlicet ex gemina codicum lectione, quā ostēdit Hieronymus. Hic Leus censor ascribit. Origenes legit & declarat, sicut & ecclia legit. Primū, an Græci nō habēt, aut oli habuerūt ecclesiā? Deinde qđ legit Origenes, aut qđ loco? In Osee varia, vt dixi, lecto est.

Roman. ix.

In hunc

In hunc locū nihil scribit Origenes, vnde colligas eum le-
 gisse, qđ nos in libris latinis legimus. Verba ipsi^o sunt hec.
 Ne forte etiā nos, qđ nūc sumus plebs dei, sed p̄ diuitias glo-
 riæ suæ vocauit nos, plebē suā, & quia non fuimus dilecti,
 sed facti sumus dilecti, & filij dei viui. Ex his apparet illū le-
 gisse, quēadmodū nos iuxta gręcorū codices legim^o. Nā
 quod paulo supius meminit misericordiæ, non ex hoc lo-
 co natū ē, sed ex eo, qđ præcessit de vasis iræ, & de vasis mi-
 sericordiæ. Iam Ambrosius consentit cū Græcis. Quid igit
 tur hic volebat mutari Le^o? An volebat me addere de me-
 o, qđ nec est in Græcis exēplaribus, nec apđ interptes: An
 cū Hieronymus ostēderit in ppheta duplicē esse lectionē,
 in alijs eē dilectā, nō dilectā, in alijs rursus misericordiā cō-
 secutā, & nō cōsecutā misericordiā, an volebat me vitranq;
 cōiungere, cū Hieronymo sufficiat altera? Et hoc annotat
 Leus inter ea quæ nō mutauit. AD cxlvi.

Rom, eodē

qđ Vi est in oibus deus, Quid Origenes senserit, cum
 alijs multis de rebus, quas post āplexi sunt Arriani,
 tū de dæmonibus redimēdis, obscurū nō est. Sed qđ
 vel verterunt, vel secuti sunt illius cōmētarios, præserti Hie-
 ronymus & Ambrosius, qđ inerat erroris piculosi, aut præ-
 sus omiserunt, aut correxerunt, sed ita, vt liceat adhuc ve-
 stigia quēdā deprehēdere. Huius dicti Leus olim a me po-
 stulabat argumētum, Iussi legeret cōmētarios Origenis,
 in. iij. caput epistolæ ad Romanos, ex qđ liceat etiā nūc subo-
 dorari, quid scripserit Origenes, & qđ correxerit Hierony-
 mus. At Leus nunc demū respōdens, cū tunc temporis ob-
 mutuisset, negat illic vllum esse verbū de dæmonibus redi-
 mendis, quin potius contrariā sententiā asseri. Vtrunq;
 verū est, quod respōdit Leus, & tū verū æque est qđ ipse
 scripsi. Neq; eīm dixi hoc illic dici, sed sparsa esse quædā ve-
 stigia erroris Origenici. Et contrariā sententiā adferri nō
 negabā, cū faterer esse correctū ab Hieronymo, si qđ in eēt
 erroris. Cæterū cū illic agat Paulus p̄ legē Mosaicā hoc eē
 actum

actum, ut oēs intelligerent, sese obnoxios deo, nec possessa-
 litē absq; illius clemētia consequi, Origenes legis nomē
 dilatat, ad legē naturæ, quæ angelos quoq; cōplectat, eoq;
 accōmodat illud, ut oīs mūdus obnoxius fiat deo, q; ange-
 lips sint mūdi cōditi. Ex his subodorari licet hoc loco Ori-
 genem disputasse de lapsis angelis aliquando redimen-
 dis, præsertim cū in iisdē cōmentarijs etiā archangelis tri-
 buat vanitatē. Hoc suspicatū fuisse me minus admirabitur,
 q; legerit quibus verbis Ambrosius interpretetur hunc Pau-
 li locū, ut nota fiat principibus, & potestatibus in cœlesti-
 bus peccatiā multiformis sapiētia dei. Is est in epistolæ ad
 Ephesios cap. iij. Possem alia quædā indicare vestigia, sed
 in præsentia mihi satis est refutasse quod impingit Leus, q;
 in indice suo negat illic vel obscurum huiusce rei vestigi-
 um esse.

AD cxlviij.

In captionē. In captionē, cum hic græce sit *θηρα*. i. vena Rom. xi
 Lrus, admonui, ne putarent nihil aliud intelligi posse, quā
 dolū aut fraudē, in quē sensum, quosdam captiosos voca-
 mus. Hic obiicit Hieronymū, qui scripserit in cōmentarijs
 Potest & captio huius mensæ videri, qua dñs eos cepit, cū
 dixit ad eos, Quid vobis videt de Christo, cuius filius ē?
 Nō statim is est sensus, quē Hieronymus idicat accipi posse,
 Postremo, ut recte dixeris Christū cepisse Iudæos, nō ideo
 captiosum recte dixeris. Neq; em̄ cepit eos dolo, sed veri-
 tate cōstrinxit. Postremo nihil, phibet & in venatu dolum
 addi. Neq; tñ nō erat indicāda græca vocis proprietates. Et
 hoc notat Leus, inter ea quæ nō castigari, Nec huius rei tñ
 vnq; admonuit.

AD cxlviij.

Aliq; grā nō est grā, Testat⁹ sum addi Græcis, qd' in Eodem,
 nris codicibus nō haberet. Ea pars cū erudito cuidā
 amico valde arrideret, mihi post attētius expēdētī,
 rō displicuit, idq; pluribus v̄bis declaravi in æditiōe poste-
 riori. Id sensit Leus, & ob id conatus est aliquā laudis partē
 sibi vindicare, cu. n nihil mereatur hoc sane loco.

Ad

Ro. xij.

AD. CXLIX.
Domino seruientes. In priore æditiōe posuerā ^{κωρίως}
_{δουλεῖν υμῖν}, quæadmodū nos legimus Post ubi deprehēdi variā lectionem, non celauī lectorē. Leus post ait se admonuisse per schedas, & Hieronymū seu potius Origenem indicare duplicē lectionem, meq; respondisse. Iam ad diderā annotationib⁹ meis. Id si vere respōdificuti respōdi, nihil debetur Leo, nisi p studio. Sin falso, qd̄ ille fortasse cupit te suspicari lector, multū gratiæ debes admonitori.

Eodem.

AD. CL.
Necessitatibus sanctorū cōmunicantes. Sic verterā in æditiōe priori, neq; quicq; annotaram nōdum anti maduersa lectione diuersa. Mox ubi cōperit adieci posterioribus annotationibus. Leus ait se admonuisse, qd̄ Hieronymus testat, pro necessitatibus, in latinis aliquor codicibus, esse memorijs, se tamen neutrā lectionē dānare. Hic ut ait ascripseram. O Hieronymianā modestiā Hoc te noluit latere Leus, optime lector, Scilicet hoc pertinebat ad fidē dei catholiciæ negocium.

Eodem

AD. CLI.
Que sit volūtas dei. Hic admonēt in contextu latino per incuriam omīssā uoculā vnā bonā. Cetera non video quorsum tendant, nisi Leus uult sibi ferri accessum quod eam in hunc adiecimus locum, in æditiōe posteriore. Verū si quis legat quod adiecimus, intelliget Lei præsidij nihil opus fuisse.

Ro. xiiij.

AD. CLII.
Damnationem acquirunt Indicaui græcis esse ^{ἀποκρίματα}
id est accipient. Leus obijcit Hieronymū in Origenicis cōmentarijs legere, acquirunt, & interpretari cōquirunt. Aut igitur aliud legit Hieronym⁹ q̄ in græcis codicibus habet hodie, aut loc⁹ est deprauatus, & pro conquirēt scriptū est conquirunt, aut aliud quippiā in causa est. Certe mihi nihil potest imputari.

AD. CLIII.

Assumite. Indico græcis esse *προλαμβάνετε*, quod verti Roma. xiiij
potuerit adiungite. Leus admonet Hieronymū ve
teri verbo vsū, assumite. Quis autē dānat assumite? Etiā si
latinis non tam accōmodum verbū est in hoc sensu assume
re q̄ adiūgere. Ad ceteras annotationes, quoniam tantum
augent numerum non arbitror operæ precium responde
re; cum huius farinae sint aliquot.

I. AD CORINTHIOS.

AD. CLVIII.

Quam nemo principū. Hic Origenes principes in i. Corin. ij.
terpretatur daemones. in cōmentarijs, q̄bus enarrat
Mattheū & Origenem sequitur Ambrosius. Ego præfero
sententiā Chrysostomi ac Theophylacti. Quid hic est piculi.

AD. CLIX.

Quia oculus non vidit. Ostendo, quod nobis est i. Corin. ij.
ascendit græcis *ἀνέβη* verti debuisse ascenderunt.
Et ostendo sic adduci nōn q̄ ab Hieronymo, Leus obij
cit Hieronymū, qui vertens homiliā Origenis, in librū nu
merorum. ix. legerit ascēdit. At quid si is locus est depra
uatus ad nostrā lectionem, præsertim cum alibi secus legat
Hieronymus. Sed fingat Hieronymum secus legere, an
ideo non verum est quod annotaui.

AD. CLX.

Lignū fœnū stipulā. Quo refellerē eorū opinionē qui i. Corin. iij.
putāt hæc oia, ad bonorū operū gradus esse referēda,
citō Hieronymi sententiā, qui putat vnā partē ad pios, al
terā ad impios pertinere. Mox indico iuxta sententiā Ambro
sij, lignū fœnū ac stipulā accipi, p̄ doctrina, sed in sincera,
quæ propi⁹ expēsa ad veritatē Euāgelicæ doctrinæ sit abo
lēda, sed sic vt is q̄ didicit, aut etiā docuit, sit salo⁹ futur⁹, sed
falsa doctrina exulta. Hic multis v̄bis mecū agit Le⁹, nihil
ad rē pertinēbus, quasi senserim lignū fœnū ac stipulā, esse
q̄uis opera mala & ignē esse incēdiū, quo cruciantē impij.

E

Cum in

Cum in priore quodam additione nominatim testetur hunc locum non accipiendum de igni purgatorio. Quod si Leus consuleret Ambrosium, enarrantem hunc locum, non tantum verborum incassum effudisset Ambrosii verba sunt haec Opus quod ardere dicitur mala doctrina est. Et in his quae sequuntur pena ignis interpretatur excussione ac refutatione falsa doctrinae. Et aliquando post. Sed cum dicit, sic tamen quasi per ignem. Ostendit saluum quidem illum futurum, sed penas ignis passurum, ut per ignem purgatus fiat saluus & non sicut perfidi, aeterno igni in perpetuum torquentur. ut aliqua in parte opere precium sit credidisse in Christum. Semper enim erubescat necesse est, qui se videri falsum defendisse pro vero. Et simili modo semper fiduciam habebit dei, qui abiectione falso, sequutus est verum. Haec tamen Ambrosius. Quid potuit aptius. Dicit pudorem redarguitur penam ignis, qua purgatur, sed ita ut exusta doctrina falsa, ipse maneat incolumis. Et hoc erat, nimirum quod in Leischedis annotatione facta perire non homines. Nam & discipulus dediscere cogit quod male didicit, & doctor improbare quod male defendit. Vides igitur lector totam hanc causam Leo extra rem declamantem esse. Magis autem admiror, quod nec in nominis annotationibus, quas nescio cuius consilium aut suppetiis adiecit veteribus, sensit errorem suum. Siquidem & illic sonat me de poenis inferorum loqui, cum palam ostenderi me de pudore loqui, quod afficit is, quod confutat, & desciscit a falsa doctrina. Id cum testetur aperte in utraque additione, demiror etiam atque etiam am, quae res auerterit oculos Lei, ut hoc non viderit. Porro cum erret toto (quod a iustis) caelo vide quanto cum suspensio loquatur. Adhibet inquit pharmacum. At hic posterior lapsus est peior priorum. Quid turpius, arrogante imperitia: Tot inducit ^{conuersa} tot inter se pugnantia, tot absurda, quibus nullus erat locus, si totam annotationem quam reprehendit legisset. Sed ipse posuit huiusmodi cupiditas immoderata. Quin & illud demiror, cum has annotationes suas adiderit multo post additionem meam posteriorum, cur separauit eas a prioribus. An ut crederemus in illis nihil additum ex his quae post adiecimur? Sed ipsa reclamant res.

OMnes quod dormiemus. Hic in priorē additione de i. Corin. xv
mōstrā, qd hodie legeret in grecis codicibus, quā
lectionē sequuti sūt Chrysostomus, ac Theophyla-
tus. Ostēderā ex epistola Hieronymi ad Mineriu, hūc lo-
cū bifariā legi. Oēs non dormiemus sed oēs imutabimur,
aut nō oēs resurgem⁹, sed oēs imutabimur. Ostēderā Am-
brosiū interpretari, qd nos legimus, sed admiscere & alterius
lectionis aliqd, atq; etiā interpretationis, qua significat fore q
nō moriantē in aduētū dñi, atq; ob id nō resurgāt. Neq; em̄
reniuiscit, nisi mortuus. Quā interpretationem si recipimus
nimirū cōstat lectio grecorū codicū. Eandē sententiā paulo
post repetit. Vt certe simpliciter inqt oēs mortuos resurge-
re dicit, et solos sanctos, cū his q̄ uiui iusti inuētū fuerint, in
gloriā imutari. Indicarā lectionē quā reperimus hodie i gre-
corū codicibus magis cōgruere, cū eo loco Pauli q̄ est in
epistola ad Thessalonicēses. Nos q̄ uiuimus, q̄ relinqmur
simul reperiemur, & cetera. Hac cū indicassem, in Leus
sic vsurpat, q̄ si ex sese repperit oīa, piaculū esse ducens si
qd ex me uideret didicisse, nō sane leuius, q̄ si qd ab Hiero-
nymo didicisset Augustinus. Hic quā arguaret Leus,
Si in priorē parte legas oēs imutabimur, quō coheret qd
mox sequitur, & nos imutabimur, inderā opinor adiectis in
scheda uerbis duobus. Quid ni discernat uiuos a mortu-
is: Id Leus putat nō cōsistere, qd cū primū in gnē dixisset,
Oēs imutabimur, mox adiecerit, & nos imutabimur. Sed
carpēdi q̄ discēdi auidiōr, nō aiaduertit p̄cessisse, & mortui
resurgēt incorrupti. Mox quali rogasset aliq; qd de nobis
fiet, q̄ uiuimus, si forte dies ille nos hic reperiāt: Rñdet, &
nos imutabimur. An nō hic dīstīnxit uiuos a mortuis: Hic
rursus demiror Lei consiliū, cur p̄lixā disputationē, quā in-
staurauit, i hūc locū maluerit in indice ponere, q̄ huic loco
subijcere, uidelicet ut oēs crederēt illa mihi lecta esse. Certe
nūq̄ mihi Leus m̄dit q̄ ad ea q̄ chartis illi⁹ ascripserā nisi
forte psuasit, p̄ pditorē illū mihi factā toti⁹ libri copiā, qd uti
nāverē eēt, Nūq̄ sex dieb⁹ illi⁹ op⁹ meā m̄sionē auuertisset.

At negat

At negat Leus, mihi quicquid opitulari locū, quē adduxerā,
ex secūdo libro Origenis aduersus Celsū. Atq; verba Ori-
genis, quae recito in posteriore additione, palā declarant eē
verū quod dico. Quae si nō legit Leus, miror illius desidia
praesertim cū reprehensorē agat, Sin parū intellexit, miror
vbi sit acumen, qd sibi vindicat. Nā ex eo loco, quē addu-
cit Leus, nihil aliud colligitur, q̄ Paulū loqui de pijs immu-
tandis, quod & alias magno studio Leus conatē aduersus
me probare, cū id contra me, nihil oīno faciat. Non oēs pijs
dormiem⁹, sed oēs ad gloriā immutabimur. Mox, & mor-
tui resurgent, & nos immutabimur. Quin & Origenes no-
minatim annotat, qd hīc dicit, & nos immutabimur, mor-
tuos fuisse discretos a viuis, quia praecesserat, & mortui re-
surgent, sed nō soli immutabūtur illi, immutabimur & nos
qui relinqmur. Rursus hīc magno conatu refellit, q̄ cōces-
serim aliquos immutādos, q non essent mortui, multaq; ad-
ducit, partim nihil ad rem facientia, partim sic in genere di-
cta, vt nō excludant paucorū privilegiū. Alioquin cū legi-
mus, in Adam oēs peccasse, colligemus & virginē matrē
peccasse, & Christum peccasse. Si quod (fatetur Leus) hīs
nō officit sermo generalis. In Adam omneis peccauerunt,
cur in alijs vult obistere. At Paulus, inquit, erat praescius
futuri, & tñ ita loquitur, quasi dies ille foret ipsum in vita re-
perturus. Primo, phabilius est illi diē fuisse incertū, quē &
filius sibi dicit ignotū. Id interpretantur Theologi, nobis ig-
norauit, Qd si verum est, vnde sciuit Paulus? Et Aposto-
li, cupientes ex Christo discere diē illū, audiunt, Non est ve-
strū & c. Deinde potest accipi, vt Paulus sub sua psona lo-
quatur, de sanctis, quicunq; illi essent futuri, quos aduētus
Christi deprehenderet viuos. Hae oīa cū luculēter expli-
cet editio posterior, qd opus est hīc repetere. Legat illa, q
volet, & videbit a Leo nihil allatū, qd non discusserim. Po-
stremo nō est animus accuratius huic appendici respōde-
re, nisi nomen ascribat suū, qui hanc Leo suppeditauit.

Ad

AD clxiij.

Christi bonus odor sumus deo. Hic quod ascripserā .ij. Corin. ij. in priore editione. Et deū rursus appellat patrem suo more. Quoties enī absolute hoc utitur verbo, deū patrē intelligit. Annotarā & alias ex autoritate veterum, hunc esse morē Pauli, ut fere deū noīans, patrē intelligat, cū tamē id faciat frequentissime in oībus epistolis. In admodū paucis locis, filiū vocari deū, etiā si non negē ex illius verbis satis colligi, filium quoq; deū esse. Proinde admoneo, id quod alias annotaram, hoc quoq; loco verū esse. At Leus putat dei nomē hic ad totā trinitatē posse referri. Quid possit nescio, certe Ambrosius ad patrē accomodat, per Christum, inquit, se voluit intelligi, ut prædicatio Christi, quæ utiq; inuisibiliter, sicut ad nares odor, ita ad aures peruenit, deū patrē insinuaret creaturæ. Sed periculosius est, qd' huc mea verba detorquet, quasi negarim filiū absolute deū esse. Qd' si, inquit, absolute deus nō est, nec deus est. Graue vulnus, qd' conat' infligere, sed pugione plusq; plūbeo. Paulus ex more suo, quoties absolute deū dicit patrē intelligit, igitur filius non est absolute deus: Quod pistillū hoc enthyemate retulit: Non dico qd' filius possit appellari, sed quo pacto Paulus loqui soleat. Atq; hic est locus, ni fallor, quē minitabat' indicaturum sese, cum mecum de principio litigabat, sed rectius totū hunc locum spongiā sustulisset.

AD clxiij.

In faciem. Ostenderā apud Græcos scriptum esse ^{ἐν} τῷ προσώπῳ .i. in finē, quē admodū & legit, & interpretatur diu' Ambrosius, nō leuis autor. Post repperi & in nōnullis .ij. Cor. ij. Græcorū codicibus opinor correctis ad nostros, ἐν τῷ προσώπῳ. Et fatef' Leus sic legere diuū Hieronymū, in cōmentarijs, q̄ ferunt' eius titulo in hanc epistolā. Sed hō nasutus suspicaf' eū locū esse subdiuū a Græculo quopiā. Ridiculū, eū cōtext' illic habeat, quē admodū nos legimus, si cui libuisset deprauare ad Græcorū lectionē, illū potissimum deprauasset.

prauasset. Nunc contextus qui citatur in cōmentarijs consentit cū Ambrosio, & interpretatio tota consentit. An totum hoc subdititiū putat Leus? Et quid habiturū erat momenti deprauare vnū locū, in obscuris, & autoris incerti cōmentarijs. Iam quod adfert Leus ex Origenis in Exodū homilia. xxxiiij. nō euincit illū nō legisse in finē, sed probabilius est locū a scriba fuisse deprauatum. Ad. clxiiij.

Quod euacuatur. Quoniā Græcis est participiū ^{καταρ γουμλιου}, demonstro lectori, posse intelligi de Mose morituro, quemadmodū interpretatur is, quē mō citauit Leus, aut absolute de ea re, quæ euacuat. Hic Leus, ceu de cathedra, docet esse referendū ad velamē, quod vt demus esse verū, quid id faceret aduersus meā annotationem? An velamen res non est? Cetera quæ multis verbis congerit in hunc locum, quoniam ad me nihil attinent, nō libet excutere.

AD clxv.

Eodem. **O**bruti sunt sensus eorū. Cum Græcis constanter sit ^{επωραθη}, moneo lectorem potius esse legēdum, ex cæcati sunt sensus & c. plus est em cecatum esse magnitudi ne lucis, quā obtusis esse oculis. Hic Lens obijcit mihi Hieronymū, qui vertens alicubi Origenē, cōtentus fuerit notastra lectione, quasi nō ille passim cōtentus sit vulgata lectione, aut quasi ideo nō sit fas admonere Græcæ vocis emphasim, aut melius etiam reddere, quā reddidit interpretes.

AD clxvi.

ij Corin. iij. **O**culta dedecoris. Cū saepe Latinis, pudor, probriū, & dedecus idē declarent, admoneo hic rectius potius, dedecoris ac probri, quā pudoris, quod græce sit ^{αδουε}, non ^{αδουε}. Hic obijcit Leus. At Hieronymus legit dedecoris. Et hoc ego pbo, solū pudoris vocabulū nō approbo. Nihil igit hic agit cū hoc anōtat, Ertū miror, quod casu in editione priore in cōtextu mutatū sit pudoris. Quod a Leo nō animaduersum demiror, cum hunc locum arroderet. AD

AD clxvii.

Dominum nostrum. Ostendo nostrum apud Græcos nō esse, & reddo causam, cur commodius sit o-
mitti. Hic Leus. Hieronymus, inquit, legit. At quid si scri-
ba hoc adiecit. Neque tamen pugno, si quis addat, certe in
Græcis non additur. AD .clxviij.

Per Iesum. Quoniā Græcis est accusandi casus, *ἀπό τοῦ*
ἰεροῦ, admoneo legēdum esse, ppter Iesum. Atque Eodem,
ita legit Ambrosius. Leus ascribit, Hieronymus le-
git per Iesum. At qui scit Le^o, an sic legerit Hieronymus.

AD clxix.

In faciem. Cum Græce sit, *ἐν προσώπῳ*, admoneo in non
nullis codicibus perperā haberi in faciē. Nec video, qd Eodem;
hic annotat Leus. Si Hieronymus legit, vt legēdum admo-
neo, tanto res habet melius. AD clxx.

Mortificationē Iesu. Admoneo in Græcis esse domi-
ni Iesu. Neq; tm cōtendo esse addendū, cū apd' Am-
brosiū nō addat. Hic cū excusassem, qd' tū minutu Eodem,
la nō pmitterē, nefas em̄ esse, si qs in diuinis litris, v' vnū
apicē sciēs ac volēs mutet, Leus magnificis x'bis impigit
mihī legē meā, de q' satis dictū est in prima ānotatione, q'si
ego sciēs ac volēs soleā mutare sacrā scripturā. O' graues
ānotationes, cum ipse, neq; meam, neq; suam vocem intel-
ligat. AD clxxi.

Humiliāmur, sed nō cōfundimur. Annoto partē hāc,
nec apd' Græcos eē, nec apd' Ambrosiū. Leus addit, Eodem,
nec apd' Hieronymū. Sēt it aut de scholijs, q' Hieronymi ti-
tulo ferūt, nūc illis fidēs, q' panlo ante iudicauit falsata. Sed
hactenus mihi cōuenit cū Leo. Quid igit notat: Vt intel-
gas, inqt, Hieronymū & alia fuisse p'missurū, q' superior
ānotat, si ita habuissent exēplaria. Fortassis aligd' diceret
Leus, si qd' scripsit Hieronymus, sic haberet vt ab illo scri-
ptum est, Si nō ille fere vulgatam additionem sequeretur,
si Græci codices per omnia consensissent.

AD

AD. CLXXII.
ij. Corin. xij **C**VM in annotationibus negassem instituti mei esse
excudere quid legeret Lyranus, aut huiusmodi similes, qui
sua non hausissent e fontibus, unde negotium hoc penderet, sed
e glossematis hinc atque hinc conflatis, Leus sic illos tuetur,
ut dicat & illis habendam gratiam, qui pelles & pilos caprarum
intulerint in templum domini. At ego plus tribuo Lyrano, e cuius
ius vel una pagina plus didici, quam ex toto hoc libro Leus: qui
se tamen opinor non numerat inter sordidos autores. Ne quis
existimet me, tam male sentire de Lyrano, quam fortasse suspicatur
Leus.

Eodem. **I**N falsis fratribus. Admoneo apostolico more fratres dici
quicunque essent Christiani, quod nomen olim omnium commu-
ne, nunc quibusdam ceu peculiare tribuat quasi Christianis
mus ad solos illos recidisset. Hic Leus contendit illos hoc
nomen laudandos, quod fratres dici gaudent. Et recte dicit, sed
quis eos hoc nomine vituperavit: Optarim & nomen & rem
omnibus esse communem quemadmodum olim fuit.

Eodem. **Q**UINQUE quadragenae una minus. Annotata ex
Ambrosio quod iuxta preceptum deuteronomii, qui com-
mississent facinus non capitale, triginta novae plagis emenda-
rentur, Leus obijcit, in deuteronomio fieri mentionem qua-
draginta plagarum. Et ut hoc persuadeat, addit hebraea verba
videlicet priusquam sciret hebraice vel legere. Et tamen haec vult
videri scripta priusquam abire Basileam. Ego forte schedis illius
asseripseram, accusa Ambrosium Ad ea verba nunc demum se-
rio respondet, existimans esse mei officium, ut Ambrosium que-
rito defendam, praesertim in re tam periculosa. Superciliositas in-
quit, impietas prope est in litteris sacris. Quis haec tam ri-
dicule seuera non rideat? Fieri potest, ut Ambrosius ex he-
braeorum traditionibus acceperit, unam plagam solere condona-
ri, id quod indicat Lyranus, & glossa vulgo dicta ordina-
tia. Quid hoc ad rem pertinet? Et tamen hunc lapsam mihi
ignoscite.

hi ignoscit Leus, quod in additione posteriore desciverim
ab Ambrosio, & citem quēadmodū ipse citat. At qui si lube
at arguari, qui prescribit quadraginta plagas nōne p̄scribit
vnde q̄draginta: Postremo fieri p̄t, vt sit error in numero

AD. CLXXV.

(apud nos,

AN experimentū q̄ritis, cum gr̄cis sit ^{ἔπει} subindi- ij. Cori. xiiij.
co non cōuenire, an, sed quādoquidē. Deinde ostē-
do eius pronomē additū ab interp̄te, cum apud gr̄cos nō
sit, & solēcismū insignē adiūgat oratiōi Hic Leus obijcit,
Hieronymum qui alicubi vulgatam lectionem sequatur:
quali hoc non passim faciat.

AD GALATAS.

AD. CLXXVI.

CVi est gloria. Admonuerā verbo, verbū est additum
ab interprete, cum in gr̄cis nō sit. Leus obijcit Hie
ronymū qui legerit cui est gloria. Primū non constat Leo
quid legerit Hieronymus. Nisi forte legit, quicqd scriptū
visitur. Quid tum aut̄ postea si legerit: Cur tu inquiet rem
tam friuolam annotas: Vt lectori liberū sit subaudire quod
volet: Nam fortasse cōmodius subaudiet cui sit gloria,

Gala. i.

AD. CLXXVII.

MOdo enim hominibus suademus an deo Ostende Eodem:
ram in gr̄cis sensum accipitem esse. Nam intelli-
gi posse, quēadmodum nos legimus, & posse, vtrum nūc
humana suadeo, an diuina. Testor autem me non fḡuere,
quod nostrā lectionem sequatur Ambrosius Augustinus
& Hieronymus. Quid hic habet quod reprehendat Le^o:
Geminū sensum ostēdo: neutrū reijcio. Sed in cōtextu inq̄-
et secus vertis q̄ legit Hieronymus. Si mihi hoc non licet,
frequēter erit, qd̄ reprehendat Leus. Verū id mihi in toto
opere licere volui, p̄sertim cū Hieronymus aliquoties le-
gat, qd̄ non probat, ac nōnunq̄ diuersa legat.

AD. CLXXVIII.

NEq; didici, Obiter indicaram, quod nobis est didici Eodem,
F gr̄cis

græcis esse *ἐπιστάτης*, id est doctus sum. Neq̄ temere hoc
admoneo. Siquidē accipi potest, non doctus sum, sed affla-
tus. Le⁹ rursus impingit Hieronymū, q̄ legerit, didici. Sic
explet̄, p̄missus numer⁹ ānotationū. Sed ad quā rōnē nasci
possint bis mille.

AD. CLXXIX.

Gala. ij.

Post annos quatuordecim. Indicaram græcis esse, per
pres bene reddiderit sensum, & in contextu sequor qd̄ ver-
tit̄ interpres. Quid igitur queritur Leus: an qd̄ admonue-
rim lectorem, ne quid offenderetur, si græca dissiderēt a la-
tinis & bis dūtaxat, nō sensu: Et tñ hæc recēsen̄ in indice, in-
ter ea q̄ manēt, Videlicet incastigata. Tales fumos hic of-
fundit lectori simplici.

AD. CLXXX

Eodem

In faciem restiti. Hic mihi Leus impingit crassissimam
inscitiam, quasi negem mendacium dici posse, quod nō
oratione, sed facti simulatione cōmittitur. Cum in annota-
tione declarem & simulationē dici mendacium. At nō ois
simulatio cū vicio cōiuncta est. Sed Augustinus cōtendit
nullū mendaciū vacare culpa. Non potuit igitur illius dis-
putatio, nisi de mēdacio sermonis accipi. Proinde nihil ad-
rem facit, quod ex actis adducit Leus de Anania, qui dicit̄
mentitus spiritui sancto. Nec ideo nihil dixit, quia nihil di-
xisse legitur. Imo probabilius est illū Petro percōtanti res-
pondisse, quēadmodū postea respondit vxor. Verum hac
de re quoniam satis copiose dissero in additione posteriore
& res est prolixę disputationis, prestat eo relegare lectore.

AD. CLXXXI.

Eodem.

Quoniam reprehensibilis erat. Ostēderā græcis esse re-
prehensus erat Atq; in eū sensum interpretari græ-
corum scholia, cūq; his Ambrosiū. At horū autoritate forti-
ter cōtempta Leus, reijcit quod annotarā. Sed in indice ve-
luti *πρόσθεν* quasi ex posteriore demū editiōe didicerit, qd̄
interpretetur Ambrosius, cū hæc legerit in priore additione
Cætera q̄ volet petat ex additione posteriore. Nā & p̄plexa
& p̄plexa

& pplexa est disputatione, quā difficile sit Leo v' aio memo-
riarū cōplecti, nedum refellere. AD. CLXXXII.

FActū ex muliere, Annotarā *γενόμενον* eē factū & *γενώ-
μενον* natū, sed tñ addo qd' Leus dissimulat, hāc differē
tiam in græcis codicib' nō obseruari. Itaq; verto quē
admodū nos legimus. Quid igitur aduersum me notat, si
Hieronymus legit factū, cum idem mihi proberetur? Gala. iij.

AD EPHESIOS. AD. CLXXXIII.

Nipsum *εἰς αὐτὸν* v' Indicarā *εἰς αὐτὸν* cōmodi' ac mollius re-
ferri ad patrē q̄ ad Christū. Addo causam, qd' adoptio, q̄
nos adoptauit pī magis nos facit fratres Christi, q̄ filios
Hic Le' vtget me mea ānotatione, qd' si *εἰς αὐτὸν* referet ad
pīem, alpha deberet habere spiritū, Verū dicit. Hoc ānota-
tiō, sed adieci i græcis codicib', siue p̄ inscitiā, siue p̄ incuriā
nō obseruari qd' ānoto. Porro qd' ratiocinat nihil obstare, q̄
min' dicamur filij Christi, Quis istuc negat? Cū ipse disci-
pulos suos filios appellet i Euāgelio. At hic dictū coacti'
erat cū mentio fiat de patre nos adoptante per filium. Ephe. i.

AD. CLXXXIII.

Que in terra Oñderā duas voces *εἰς αὐτὸν* id ē in ipso
esse qdē in græcis codicib' at nō reperiri nec apud
Ambrosiū nec apud Hieronymū dūtaxat in cōmentarijs.
Id si falsum ē refellat Le'. Imo ne apud Theophylactū qdē
reperias. Sed Hieronym' inqt legit in cōtextu. Rursus vñ
nouit qd' sic legerit. Et hūc cōtextū Leus frequēter habet
suspectū. Nec ego dāno in ipso, imo significo mihi, pbari.
Quid igit' rephendit Le'? An qd' græcis codicib' nō addi-
derim de meo? Quin & illd' miror, cū hāc ānotatōnē scri-
pserit in æditionē posteriorē, cur posuerit inter veteres. Sig-
dem in priore æditione huius rei nulla fit mentio. Eodem;

AD. CLXXXV.

Alienati a conuersatione Israhel, Indicarā græcis esse
πολιτεία id ē a politia siue republica Israhelis. Sed
Hieronymus inqt legit, & interpretatur conuersationem,
quali Ephe. ij.

quasi vere id ego damno. Imo explano, non reprobato. Nam ideo
ciues Graecis πολίται dicuntur, quod consuetudinum & legum
commercio inter se conuersentur.

AD clxxxvi.

Ephe. iij

Omnis paternitas. Adnotaram, quod hic vertit paternitas,
Graecis esse πατριά, quod significat Latinis familiam,
sive cognationem. Eius rei autor est cito Hieronymus
in commentarijs, quibus enarrat hanc epistolam. Id Leus
ita repetit, quasi mentitus sim. Proinde Hieronymi verba sub
scribam. Paternitas, quae in Graeco patria, in Hebraeo masse-
choth i. cognatio vel familia dicitur. Ac mox citat aliquot
loca, ubi cognationes ac familiae dictae sunt patriae. Postre-
mo citat ex Psalmis etiam gentium dici πατριά. Quid igitur
hic est quod mecum pugnat. An paternitas latine significat fa-
miliam? Fortasse vulgus parentelam vocat. Doctis aut nihil si-
gnificat, aut aliud significat paternitas, nempe rationem, qua
quis pater est. Hoc erat, quod indicare volebam. Nihil ad hunc
locum proprie facit, quod diciturus sum. Sed tamen ad summam huius
causae facit. Leus non patitur quicquam adimi latinis codici-
bus, quibus utitur ecclesia. At Hieronymus, in his commen-
tarijs indicat in latinis codicibus redundare voces aliquot
nimirum has, Domini nostri Iesu Christi. Sed legendum esse
iuxta Graecos, Curro genua mea ad patrem, ex quo omnis
paternitas, &c. At vnde haec refecat Hieronymus, nisi ad si-
dem Graecorum codicum, quibus Leus adimit omnem fidem. Et ta-
men quod Hieronymus negat esse in Graecis exemplari-
bus, hoc hodie scriptum in illis videmus.

AD clxxxvij.

Eodem

Reliqueram Theologis excutiendum, an quaestiones
quas moueret diuus Thomas de paternitate dei, sa-
tis ad hunc locum quadrarent, quando vocem pa-
ternitatem non intellexit. Sed eadem, inquit Leus, dispu-
tat Hieronymus. Imo non eadem, certe non eodem modo.
Nam Hieronymus deum patrem vocat, paternitatem illi
non

non tribuit: quoniam paternitatem accipiat, pro toto genere,
familiaque. Vnde iuxta hunc paternitas potius est in proge-
neratis, quam in progeneratoribus. Itaque nec taxo Hieronymum
nec omnes Theologos, qui graece nesciunt, etiam si presta-
ret omnes graece scire. Ac ne Thomam quidem admodum at-
tingo. Nam fieri potest, ut ignorata Graecae vocis proprie-
tate, tamen apte mouerit quaestiones, si nihil aliud, vel Hierony-
mum secutus. Id an fecerit alijs excutiendum relinquo. Sed
Leus nullam praetermittit occasionem, qua mihi vndique con-
ciliet odium & Theologorum, & praedicatorum.

AD CLXXXVIIII.

Sacramentum hoc magnum est. In utraque aeditione, palam Ephe. v.
status non esse dubitandum, quin matrimonium sit vnum et se-
ptem sacramentis, adieceram ex hoc tamen loco non ma-
gnopere colligi. Cum enim Graecis sit mysterium, quod hic ver-
it sacramentum saepius appellari *καυσήριον*, quod non protinus
sit vnum et septem sacramentis. Atque hic Leus totis viribus ad-
uersum me dimicat, sed nihil aliud agens, nisi ut doceat in con-
iunctione mariti & uxoris esse typum & imaginem rei mysti-
cae, nimirum eius copulae, qua Christus sibi coniugatauit spiritum
sanctum suam ecclesiam. At quis istud vnum negauit? Postquam semel
excidit a scopo, nonne superest, ut totam operam inaniter consu-
mar? Quid attinebat tantum verborum incassum fundere? Sed
interim tamen crescit volumen, quod illi cum primis vide-
tur in votis fuisse. Deinde facit me respondentem, opinor
ex scholio prioris aeditionis. Nam illic haec verba compe-
rio. Neque enim in hoc magnum sacramentum est, si vir iungatur
uxori, atque hic rursus instaurat dialogismos suos, impu-
dentissime proferens in vulgus, quae ego tum ex tempore
chartis adieceram, & ita adieceram, ut, ut nullum mihi serua-
rim exemplar. Id ego boni consulam, si Leus aequo animo
patietur, ut ubi nactus fuero annotationes illius, quas ipse
toties curauit describendas, quibus tam odiose me traduxit
quas toties minatur est se euulgaturum, ni mihi parceret, bo-
ni con

ni consulat, si eas ita ut tum erant ædidero, cum mea respō-
sione. Nec tamen quicquid ad rem faciunt, quæ hic respōdet
Leus. Negaram esse magnum sacramētum, in coniunctio-
ne viri & vxoris, quū Augustinus quem citauimus, in po-
steriore æditione, vnde hausit Leus quod adducit, fateat
eē sacramētū oīm minimū, in viris & vxoribus. Hoc nō vi-
deo, cur voluerit Leus refellere. Et tamen hic nihil aliud
docet, nisi in coniugio esse significationem alterius rei sa-
cratoris, Sed hac, vt dixi, ratione crescunt libri. Atq; hæc re-
spondet nunc mihi, quo lector putet hæc omnia acta inter
nos, quū ille nunquam verbo responderit, ad ea quæ tum
annotaram in schedis, partim illius, partim meis. Et cū suas
responsiones muniat ex ijs, quæ citantur in posteriore ædi-
tione mea, mirum quanto id studio dissimulat, venans lu-
cellum hoc gloriolæ. Quæ dicit me respondiisse sunt hæc,
ne cui interim videar subterfugere. Nō omne mysterium
est vnum e septem sacramentis, & tamen sunt magna my-
steria, sicut quod Eua facta fuit de latere Adæ, mysterium
est, rem arcanam designans. Præterea Augustinus ne-
gat magnum esse sacramentum in viro & vxore, sed ma-
gnum est, quod illa coniunctio representat. Neque tamen
necessarium est, vt typus per omnia respondeat, sicut adul-
terium David cum Barfabæ sacramentum est synagogæ
abductæ a Mose, & CHRISTO iunctæ, nō tamen con-
ueniunt omnia. Postremo ex nullo veterum doceri po-
test, matrimonium fuisse vnum e septem, quum nec Dio-
nysius cætera recensens hoc cōmementet. Et Cyprianus fate-
tur minora sacramēta, nō a Christo, sed a patribus instituta.
Hactenus quæ ille velut a me respōsa retulit. Quod aīo non pro-
tinus esse sacramentum e septem, quicquid dicitur mysteri-
um, quum magna sint mysteria, quæ tñ non sint huius ge-
neris, quodque negō necessarium, vt typus per omnia re-
spondeat, in his meæ subscribit sententiæ, negans tamen in-
terim hæc, quicquam ad rem facere, & miratur me voluisse
hæc

hæc adducere, tam ^{et negat id iouerit} Nā hactenus, inquit, certatum non est, an matrimonium sit vnum ex septem sacramentis. Quam̄ id nemo sane negauerit, ni is velit vnus contra catholicam ecclesiam pugnare, quæ & laicis & pueris hoc scientibus, matrimonium ceu vnum e septem sacramentis nullo reclamante, tot iam sæculis venerata est. Hactenus Leus. Sed quorsum tendit hæc loquacitas? Si non certatum est, cur hæc tam putida tot verbis inculcat, quum ego in vtraque ædificatione testatus sim me nihil addubitare, quin matrimonium sit vnum e septem sacramentis ecclesie. Sed illud decertabatur, an ex hoc loco possit efficaciter euinci, matrimonium esse vnum e septem. Siquidem ad id ostendo non esse satis, si dicatur sacramentum, siue mysterium, ostendo non esse satis, si dicatur, magnum sacramentum. Respondeat Leus, si mentem habet, vtrum hæc ad rem faciunt, an non? Simillimum est his, quæ subiicit. Etiam inquit, quando septem fateris, si matrimonium loco pepuleris, in matrimonij loco, aliud surroga, & doce nos quæ sunt illa septem. Disperream nisi cum hæc lego, videor mihi non Theologum audire, qualis ille vult haberi, sed rixo famulierculam. Dicat mihi os impudens, quis vnquam pepulit matrimonium suo loco? An qui dicit ex hoc loco non admodum colligi, negat esse de numero septem? Credo sacramentum esse matrimonium, non quod hic appelletur mysterium, sed quod ecclesia recenseat inter septem. Neque tamen prorsus nego colligi, sed dico non admodum colligi. Aliud surroga inquit, & doce nos quæ sunt illa septem. Imo potius istuc faciat Leus, qui sibi sumit tantum autoritatis. Si matrimonium pellatur e numero septem, quis non videt superesse sex? Velut si quis homini, cui sint dentes viginti, vnum excutiat, certum est restare illi, non plures vnde viginti. Quod si in locum excussi iubeat alium surrogari, poterit ipse suillum inferere. Roget eadem opera, posteaquam Petrus amputarat dexteram auriculam Malchi

Vbitum

Vbi tunc erant duae: Respōdebitur iam illi vnicā tantū sup
esse. At Leus sibi videtur hic argutulus sophista, quasi qd
quid sit in numero, vere sit de nūero. An ideo sim futurus
de numero septē sapientū, si vulgus me numeret inter sep-
tē sapiētes: Si qs psuadere conet matrimoniū nō esse tale sa-
cramētū qualia septē numerat vulgus, nimirū imaginatur
hoc non recte numerari inter septē. Neq̄ satis erat isti hoc
dixisse semel: repetit & inculcat Δὲς ὅτι τὰ κατὰ Peniten-
tia inquit, si cum matrimonio exautorabis, quid ni alia in-
eorum locū sufficiās. His dictis, neq̄ mentē, neq̄ frontem
esse, quis nō videt: Quis tam insanus, vt id faciat, quod im-
pudentia Lei fingit: Pergit Leus, neq̄ quicq̄ pbat, quod
adfers ex nullo veterū doceri posse matrimoniū fuisse vnū
& septē, cū nec Dionysius cetera recensens, hoc cōmemo-
ret: Nū inq̄ p̄pterea null⁹ veterū cōmemorat, qd̄ Dionysius
nō cōmemorat: Hic videlicet vult videri dialecticus. At
nō intelligit argumētari me a signo, pbabili, in re cōiectura-
li. Si qsq̄ veterū cōmemorasset, cōmemorasset Dionysius, q̄
ex p̄fesso de singulis diligēter p̄sequitur, & ritus & noia
Sed apud hunc toto opere nulla matrimoniū mentio. Pro-
babile igitur, illi nō fuisse vnū e septem. Nec penitētia me
minit inquit, sed alias non semel meminit, & p̄ter hunc alij
multi. Pergit etiā Leus, suis argutis Syllogismis illaqueare
me. Augustinus inquit, negat magnū esse sacramētum in
viro & vxore. Verū est, & quis repugnat: Sed non negat
Augustinus, quin hoc sacramētū in viro ex vxore, sit ma-
gnum in Christo & ecclesia. Imo Augustinus in viro &
vxore dicit esse minimū sacramētū. An nō q̄ minimū dicit
negat esse magnū: Sed alia ratiōe magnū est, alia minimū
In viro & vxore minimū est, in Christo & ecclesia magnū
Si haec bene separauit Augustinus, qua fronte coniungit
Leus: In viro & vxore magnū est in Christo & ecclesia,
perinde quasi dicas. Aethiops iuxta pellē albus est in den-
tibus. Si semper magnū est sacramētum, doceat igitur nos
Leus.

Leus, quae ratione dixerit Augustinus minimū Nimirū illud sensit Augustinus cōiūctionē mariti & vxoris, gerere typū rei sacrae, & adorādę, & ob id typo quoq; esse suū honorē, velut honos habetur imagini pictę carbone, ob rem egregiā, quā vt cūq; repręsentat. Si picturā estimes, minimū precij sit. Si quod suggerit aīo, nullo precio pōt estimari. Ita matrimonio dignitas est ab eo qđ representat nobis, & tū si per se cōferatur ad reliqua sacramēta, qbus vberior cōferatur gratia, nō magnū est sacramentū, sed si Augustino credimus oīm minimū. At iam, pprius vrget Leus. Nā inquit cōiūctionē Christi & ecclesię, nō opinor, dicis sacramentum, cū ea prorsus nihil significet sed p̄signata sit hoc sacramento cōiūctionis viri & mulieris. Det Leus, hic sacramentū nō accipi, vt sit vnum de nūero septē, sed tantū sacre rei signū, ac deinde argumentē Si mysteriū hic nihil aliud est q̄ res sacra & arcana, qđ prohibet cōglutinationē Christi, & ecclesię, Cōiūctionē diuinę & humanę naturę dīci sacramentū, aut mysteriū. At sic nō accipit ad istum modum hoc loco. Istud euincat Leus, ac tum pergat argumentari. Sed qđ cōsistit vt cū Augustino in altero dicat esse magnum, in altero minimū, quod Leus affirmat esse magnum in vtroq;. Sacramentū duo cōplectens, signū, & rē signatā, si ad rem signatā cōferas, maximū est, si ad typū qui est in maritis singulis & vxoribus, minimū est. Ceterū an in Maria & Ioseph fuerit plenū sacramentū, cū nō intercesserit coitus Leus ipse viderit, qui hoc affirmat, nō dum enī hoc ad me pertinet. Non satis est odio Lei, si Theologorū ordines, si monachorū populos in me concitet, ni maritos etiā & vxores imitat in caput meū. Laudatū est a me matrimoniū ad inuidiam vsq;. Volo matrimoniū esse q̄ honestissimū, fateor esse sacramentū, & tale sacramentū, qualia septē numerat ecclesia, & tamē odiosis verbis meū agit, quasi studeat eximere matrimoniū e nūero suo. At qui sum paulo equior matrimonio, q̄ Theologi quidā, etiā recētiore, qui ne-

G

gant ma

gant matrimoniū dici sacramentū, nisi dilatata vocabuli ra-
tione, quatenus est sacra rei signū. At non protinus dicitur
proprie sacramentū, quod sit sacra rei signū. Nam proprie
dici sacramentū, inuisibilis gratiæ, visibile formā, ita vt ima-
ginem gerat, & causa existat. Hæc si propria est sacramenti
definitio, quæ admodū sentit Petrus Lombardus lib. iij. di-
stinc. i. nō constabit matrimoniū proprie dici sacramentum
nisi constiterit esse causam gratiæ peculiaris, q̄ prescriptis
verbis, & ritibus confertur, sed tantū de numero eorū, quæ
sacra rei sunt signa. At non conferri gratiā hoc sacramento
sentit Petrus Lombardus lib. iij. distinc. ij. Cūq; hoc ingēs-
turba iure cōsultorū, vt Gaufridus in summa sua titulo de
sacramētis nō iterandis. Hostiensis in summa lib. i. eodē titu-
lo. Et Bernardus in apparatu. Quin & Durādus, qui hos
adducit autores inter scholasticos autoritatis p̄cipue lib. iij.
distinc. xxvi. quest. ij. multis verbis inculcat iuris p̄fificij
peritos, & interpretes canonū, ac decretalium epistolarū, q̄
bus declaratur mens Romane ecclesiæ, quorū nōnulli fue-
runt etiam de numero Cardinalium, fuisse in hac sententia,
vt negarent in sacramento matrimoniij conferri gratiā, atq;
ideo si quis idē sentiāt, non facere aduersus decretū ecclesiæ
Catholicæ aut consuetudinē ac mentē eccl̄iæ Romanæ, cū
horū op̄inōnē nō reprobet. Que si vera sunt, sequitur non
esse absurdū, si quis op̄inetur matrimoniū nō esse sacramē-
tum nouę legis, iuxta propriā sacramenti rationē. Et quod
recentiores Theologi, velint esse sacramentū nouę legis,
quo conferatur gratia spiritualis, probabilem esse opinio-
nem, cui qui refragetur, non sit hereticus. Hæc cū prodita
sint a magnis autoribus, atq; etiā a celebri Theologo tamē
ipse magis amplector recentiorum Theologorum opinio-
nem, qui putant sacramento matrimoniij, conferri gratiam,
& esse de numero eorum quæ proprie dicuntur sacramēta.
Illud interim demitor, cum in posteriore editione, copio-
sius super hac re disputē excludens argutationes huiusmo-
di, cur

di citi Le^o sic agat hic mecum, quasi posteriorem a ditionē
non viderit. Esto scripserit hæc anteq̄ prodisset posterior,
certe plusq̄ annum erat euulgata, priusq̄ hæc egeret Leus.
Et simul a ditus est totus hic liber. Postremo loco, vel licet
illud quod ait me adiecisse in scheda, Cyprian^o fatetur mi-
nora sacramenta non a Christo, sed a patrib⁹ instituta. Opi-
nor Leum obiecturum mihi somnia mea si narrem illi, qd̄
noctu mihi visum sit per quietem Finge hoc vel dictū mi-
hi parum attento, vel poto excidisse, vter erit magis culpā-
bus, Ego qui fretus amicitia secretis chartis, veluti confa-
bulans cum amico credidi, quicquid in mentē incidit, An-
ille, qui hæc veluti solemniter acta sub notarijs ac testibus,
mihi apud vniversum orbem impingit in os? Magnificū
triumphum sibi pollicens, ni defendero quæ sic notauit, &
notauit vni, Verum ne videar deesse vel nugis, huc illa per-
tinebant, si detur aliquod sacramentum institui posse a pa-
tribus, poterunt esse plura, & potuerunt olim esse paucio-
ra septem. Atqui ita probabilius erit, quod ago, Augusti-
num non hic loqui de sacramento matrimoni, tanq̄ sit vnū
de numero septem. Hic rursus me medium tenet Leus, si
minora sunt quæ ab hominibus instituuntur, matrimoniū
sacramentū magnū erit, qd̄ creditur in paradiso institutū a
deo, & sic institutū, vt esset sacramētū, Doceat hoc Le^o, sic
institutū: vt esset vnū e nūero eorū, q̄ proprie dicunt sacra-
mēta. Sed hac de re nihil adhuc audio. Neq; recte colligit
Leus, ideo matrimoniū nō esse institutū a patrib⁹, vt esset
vnū de numero septē, qd̄ nullus scriptor hoc factū esse, p̄-
derit, cū ipsa res doceat esse factū. Neq; t̄nueri volo, qd̄ di-
cit Cyprian^o, nec mihi necesse est, etiā si hoc fatei Leus esse
verū. Dicit em̄ Cū matrimoniū sacramentū eē possit etiā si
nō sit a Christo institutū. Atq; hūc q̄q; locū Le^o cōmemo-
rat inter ea q̄ nō correxerit, etiā si nō nihil videar moderatus.
Sed qd̄ tādē hic volebat corrigi Le^o? An qd̄ fateor m̄rimo-
nium vnū esse sacramētū de numero septē. Id nō negat ip̄e.
An quod

An quod nego magnum esse sacramētum in marito & vxore, sed in Christo & in ecclesia. At hac tatiōe, qua ego nego magnum, S. Augustinus minimum vocat. An quod inquirō, an ex hoc loco possit euinci, matrimonium esse de nūero septem? Hoc igitur debuerat docere Leus. At nō dum potuit. Et tamē si docuerit, nihil aduersum me faciet, quum dixerim ex hoc loco nō magnopere colligi, hoc est non ita euidenter colligi, quin possit aliquis tergiuersari. Quod si quis me roget, vnde igitur credis esse de numero septem, si ex hoc loco colligi satis non potest, nec superest alius vnde colligatur? In promptu est qd respondeam. Me mouet autoritas & consensus ecclesie. Sed nō hac in re tantum, verum in alijs quoq; compluribus.

AD clxxxix.

Philipp. ij.

Esse se æqualem deo. Verbulo submonueram Græce non esse ἴσος, id est, æqualem, sed ἴσα, id est æqualiter, vt tamen aduerbium idem polleat Græcis, quod nomen. Id ne quem offenderet admonui. Et tamen ipse verto æqualem. Leus obiicit Hieronymum, qui locis aliquot, quos apparet Leum ex indice congesisse, legat æqualem, non æqualiter. Quasi vero ego iusserim, vt quisq; legeret æqualiter. Sed hunc locum Leus graniter, vt sibi videtur, exagitat in nouis annotationibus. Cui suo respon debimus loco.

AD .cxc.

Collos. i.

Primogenitus omnis creaturæ. Hic ostendo triplicem sensum, quorum primus sit quem nos sequimur vulgo, vt videtur, alter vt intelligamus Christum genitum ex patre ante res conditas, Terciū, si acuumus penultimam πρῶτογένητος, intelligamus illum primam condidisse cum patre omnia. Et iuxta mediam sententiam interpretatur Ambrosius. Primogenitus inquit vniuersæ creaturæ, ante omnem creaturam genitum filium, nō creatam testatur, vt secerueret natiuitatem eius, a creaturæ factura. Et vt hoc

hoc penitus clarescat, subiecit. Quia in ipso condita sunt omnia &c. quæ sequuntur in eandem sententiam. Sed offendit Leum, qd' adiecerim. Ne quis cum Ario dei filium faciat creaturã. Atq; hic τὴν λεοτὴν ἐν Δυσόμειος docet me nihil plus esse periculi, si quis dicat Christũ creaturã, q̃ si quis dicat mortuũ. ac multis testimonijs ni fallor, ex mea apologia, qua Fabro respõdeo, desumptis, probare nititur, filium dei dici creaturã. Et tamen fatet quosdam abhorruisse a vocabulo creaturæ, ne qd haberent cõmune cũ Arianis. Atq; hoc ipsum ẽ, quod me mouet, vt cũ Ambrosio malim veri, genitus ante vnũuersam creaturã, q̃ primogenitus omnis creaturæ, Quid enim aliud sonat primogenitus omnis creaturæ, q̃ aut ex creaturis primum genitus, aut inter creaturas primum genitus. Iam Ariani non hoc sensu dicunt Christum creaturam, quo Hieronymus per communem idiomatum, sed sentiunt filium dei iuxta diuinam naturam esse creaturam. Hic mihi respõdeat Leus, vtrum nihil intersit, CHRISTVM creaturam vocemus, an mortuum, quod atinet ad Arianorum hæresim. Deinde si quod Leus vult, Christus hic dicitur primogenitus ois creaturæ, quod inter creaturas premineat ipse creatus, quo modo cõuenit, quod Ambrosius connectit, ideo dictum primogenitum, quia sequitur, quia in ipso condita sunt omnia, & interpretatur, in ipso, per ipsum. Sed per ipsum nõ poterant omnia condi, nisi præcessisset primordia rerum omnium conditarũ, ex quo declaratur illius æternitas. Hanc annotationem ita claudit. Hoc tantum moneo, non vsque adeo vitandam Charybdim, vt incidamus in Scyllam, sed caute inter scopulos nauigãdum. Quam hic Charybdim, aut quam Scyllam somniat? An quia negauimus filium dei creaturam esse, eo sensu, quo vocant Ariani. O graues annotationes, quibus emendetur Erasmus, & succurratur ecclesiæ periclitanti.

AD cxcj.

Quod

Eodem.

Quod in illo creata sunt oia, quā in illo dictum si pro
per illū, iuxta proprietatē sermonis Hebraici, nego
me videre, qd ad rem, ptineat, q Thomas hoc loco
inducit ideas, quas Leus nō vult dici Platonicas, sed exem
plares, praesertim cum qd hic dixit, *ὡς αὐτῶν*, mox mutet *ὡς
αὐτῶν*. Hic praeter alia friuola multis verbis causatur Leus
nō esse perpetuū, in, poni pro, per. At quis isthac docuit?
Verū an consequit, ideo nō est hoc loco, quia nō sit vbiq;
Hoc certe loco docet Ambrosius, & suffragatur locus, q
mox sequitur *ὡς αὐτῶν*. Hic qd volebat mutari Leus: An
quod rectissime dictū est, ex autoritate diui Ambrosij: nā
hunc locū notat, inter ea, quae pō correxerim, hō ptinax &
indocilis.

AD cxciij.

Eodem;

In Mago dei inuisibilis. Quoniā Gracis est *ἀόρατος* nō
ἀόρατος admoneo inuisibilis ad deū patrē referendam,
nō ad filiū, quod pater per se inuisibilis, quodammodo
videatur in filio. Leus siue quisquis is fuit arguat, & ima
ginem esse inuisibilem, & iccirco frustra addi quodāmo;
At ego sensī Christū homine assumpto, visibilem esse fa
ctum, & per hunc quodāmodo patrē nobis esse cōspectū
Quāq̄ in epistola ad Timotheū idem solum patrē dicit
inuisibilem, & causam reddit Ambrosius.

AD cxciij:

Eodem.

In Nipso cōplacuit. Ostendo commodiorem esse inter
pretationem, si *εὐδαιμόνη* referatur ad patrem. Ita visum
est patri, vt filio daret perfectam deitatem, atque ita per
eum reconciliaret omnia sibi, Leus vult complacuit ad to
tam deitatem pertinere. De re non disputo, sed de sermonis
congruentia. At qui congruet quod sequitur, & per eum
recōciliare omnia in sese, nisi distinguas personas: Nullus
inquit Leus, ad istum interpretatur modum. Imo sic inter
pratur Ambrosius. Nescio an is Leo videatur esse nullus.
Destomachatur, quod de meo addiderim patri, per mitis
tamen hoc ius Hieronymo, at nō idem Erasmo, Magnum
vero

vero periculum, si in priuata lectione addo verbum, quod res sit explanatior, praesertim testans a nobis additum esse, & quod consilio sit additum docens. Nec est periculum, ne quis doctus idem faciat passim, quod a nobis vno duntaxat loco factum est. Nec est metuendum schisma, praesertim cum fatear adiectum a nobis, idque non in lectione ecclesiastica, sed priuata. Quid hoc ingenio seditiosius?

AD CXC.V.

Omnem plenitudinem diuinitatis. Admonueram diuinitatis, nec apud Graecos haberi, nec apud Ambrosium. Significans diuinitatis, additum explanandae rei gratia. Nam Ambrosius interpretans additum. Hic Leus me meo iugulat gladio. Vt nunc inquit, miraris, quomodo in Latinos codices irrepsit vox diuinitatis, ita posteri mirantur, unde tuum, patri, irrepsit, quod nec apud Graecos est, nec apud Latinos. Immo ne quis istud mirari possit, facit annotatio mea, declarans additum, explanandae rei gratia. Nec tamen insector quod hic additum est diuinitatis, tantum admono.

AD CXC.VI.

Secundum imperium. Cum graece sit *καὶ ἐπιταγήν* admonueram, I. Timotheo, i. sciam aptius reddi posse, secundum iniunctionem seu delegationem. Nam *ἐπιτάγη* proprie est mado aut delego. Leus obijcit Chrysostomum, quod legat imperium, sed latine loquens. Quid autem interpretatur, cum illi imperium sit idem, quod nobis de legatio. O seueram annotationem.

AD CXC.VII.

Ratia & misericordia. Ostendo Graecis non addi conjunctionem copulatiuam. Leus rursus obijcit Chrysostomum latine versum, quod addiderit. Huic simillima est annotatio quae hanc consequitur.

AD CXC.VIII.

In vaniloquio. Cum hic notatim expresserim frivolas argutias, & sine fine digladiantes, nonne satis declaro me non in totum damnare concettationes Theologorum. Et tamen Leus sic agit, quasi damnarim scholasticas exercitationes, & nescio quod loquitur de eloquentia, & nescio quod balbutit

balbutit de balbutie, quæ quorsum spectent nō video. Au-
sim deierare hanc annotationē non esse natā a Leo, sed ab
alio quopiā cuius referat, q̄maxime feruere Theologicas
diatribas; quas a me dānari credant oēs, si possit vnus repe-
riri quē ab hoc studio deterruerim.

AD. CXCIX.

Eodem.

Soli deo Quod græcis hic additur sapienti cū nō sit nec
apud Ambrosiū, nec apud aliū quēq̄ latinorū, suscipi-
bar græcis additū aduersus Arrianos, ex epistola ad Roma-
nos, qui solū patrē vere deū faciunt cū filiū velint esse patrē
minorē, ac præterea creaturā. Nūc sapienti interpositū, facit
vt intelligamus deū patrē, solū esse sapientē, at non solum
deum, quæ lectio minus adiungat Arrianos. Hic multis mo-
dis vrget nos Leus. Quid opus erat inquit hic addi, cū ad-
ditum constet in epistola ad Romanos; Certe in specie fa-
isset firmitus, quod pluribus locis iteratur. Porro quod Leo
mecū atrocibus verbis litigat, quod dixerim q̄dā addita ab
orthodoxis, aduersus hereticos, sine causa litigat. Nec enī
mihi placuit vnq̄ vt huiusmodi fucus tneamur Christi do-
ctrinā, Imo frequēter admoneo, ne id fiat. Sed vtram vult
Leus, hic adiungi sapienti, an nō adiungi. Si vult adiungi
deficit a fide latinorū codicū, & grecorum fidem præfert.
Si non vult addi; cur iurgatur quod dixerim additū videri.
Temerarius prophanator est, qui vel addit, vel adimit. Fa-
teor, quid hoc ad me: Ego sciens nec addo nec adimo. Imo
quod quidē est in me do operā, ne quid addat, aut adima-
tur. Totā igitur hæc tam calida admonitio; vel rixa potius,
nihil ad me pertinet. Rursus q̄ illud ciuilitate factum Leo,
q̄ in te atroci & seria, ingerit mihi nescio quas schedulas
ex tēpore notatas, & hanc nō putat esse iniuriā, cum arox
sit iniuriā, volumen ædere, inuito autore. At interim nō vi-
detur ai aduertere Leus, quid faciat aduersus Arrianos ad-
ditum sapienti. Imo potius pro eis facit inquit. Sed iā ante
quaten⁹ aduersus illos faciat indicatū est. Pro illis qui pos-
sūt facere

fit facere, non video. Neque me clamerat eos huiusmodi lo-
corum presidio tueri suū errorem, sed id fecissent probabi-
lius, si legamus de patre, soli deo. Illud festiuū, quod meos
græcos vocat, qui addant ^{enclitica} id est sine causa. An mei sunt
quos habebat Hieronymus? An meus est codex quē ha-
bebat Chrysostomus? Et tamen hic reiicio, quod in græcis
codicibus legitur. Quid igitur litigat Leus? Sed ut finia,
sapienti ad Jitū hoc loco facile cōcedit Leus, qui libens as-
sentitur ecclesiasticę lectioni, quā græcis non libenter tribu-
it. Et si addatur, nō nihil facere pro Arrianis, iā ostēdi. Nec
probo quod additū est. Postremo Leus libēter fateri solet
græcorū codices esse deprauatos. Hæc cū sic habeāt, vide
an satis in me quadret Lei peroratio. Expende inq̄, an in-
firmę sint rationes q̄bus te vrgent, vt hunc locum mutes &
tum demū si sic videatur, infirmos iudica & locū hunc stare
iube. Quin potius dic, ne quod offendiculū detur euange-
lio Christi, muto hunc locū, & nihil decerno addendū, aut
adimendū sacris litteris, infirmus alioqui ipse, ni, hoc dicas
& ex aio sentias. Quis credat hūc caruisse febrī, q̄ hæc scri-
psit: Quē locū vult mutari? An quod p̄fero nostrā lectio-
nem græcę? An qđ indicem olim quædā addita ab ortho-
doxis in nostris voluminibus, q̄bus vterent̄ aduersus here-
ticos? Id cū de græcorū libris dictū sit, nō opinor indignat̄
Leus, An quod ab orthodoxis factū arbitror, ille putat a sa-
eris doctoribus esse factū? Nec enī protinus probo quod
sit ab orthodoxis. Postremo qđ flagitiū sit, si voces aliq̄t ad-
didissent nostri, dum studēt, ne quā ansam arripiant hereti-
ci, aut etiā imperiti, p̄sertim cum a sensu non recedit̄: Ve-
lut in eo loco, nondū erat spiritus, q̄ Iesus nondū erat glo-
rificatus. Eodē sensu manēte nos addidimus, datus. Quor-
sum autē attinet illud. Nihil decerno addendū, aut adimen-
dū? An ego vnq̄ decreui aliqđ ad Jēdū, aut adimendū sacris
libris? Ad hæc, cur me iubet mutare, qđ iam mutatū est, &
mutatū esse sciret? Sed cur inq̄t defendis, qđ mutasti? Mu-
taui nō

H

taui nō

taui nō quod inesset aliquid māli, sed propter homines im-
peritos murauī, quos infirmos appello. Quis vnq̄ audirēt
seuēriorem rixationem, cum nihil hic sit, quod ad me perti-
neat. Postremo rogat me Leus, an oēs existimē infirmos,
q̄ hoc loco offendant. Non oēs, sed alios esse stultos, alios
Sycophantas.

Eodem

AD. CC.

Soli deo. Et hic vnam annotationē in duas dissectuit, tā-
ta est parsimonia gloriae. Credo hūc & *κρυπτον* esse
posse. Admonuerā Chrysoſtomū sic legere, quē admodū
est in epistola ad Romanos. Leus negat sapiētī addi Chri-
soſtomo, & verū dicit in cōmentarijs, sed addit in cōtextu
nisi id additum est a scribis, id quod plane factum suspicor,
neq̄ vero tam cecus eram, vt nō viderē quid legeret Chry-
soſtomus, Verum hoc annotauī quod ille reliqua epithe-
ta quae precedunt, immortalī, inuisibili cōnectat cum dictio-
ne soli, intelligens solū patrem esse immortalem, solum esse
inuisibilem. Alioqui sensus esse poterat, quod solus pater
esset deus, atq̄ is esset immortalis & inuisibilis, etiam si nō
solus. Quod si Chrysoſtomus addidisset sapienti, Videli-
cet non aliter adiunxisset cū hac dictione soli, q̄ reliqua cō-
iunxit. Verū hoc sefellit Leum, nisi q̄ oculatum, nisi ad car-
pendum. Atq̄ hic Chrysoſtomi loc^o ad Leū pertinet, vbi
fatetur patrē solū esse deum, solū esse inuisibilē, & immortalē
Nec ob aliqd nisi qd' a nemīe habet, vt sit de^o, vt sit inuisibi-
lis, vt sit immortalis. Et Leus non patitur, vt principij ratio-
nem peculiariter tribuamus patri; cum huic Chrysoſtom^o
peculiariter tribuat nomen dei.

AD. CCI.

L. Timo. iij.

Doctorem. Quia grācis est, *διδασκαλον* ostendo Hie-
ronymū scribentē aduersus Iouinianū reprehendere
vulgatā additionē, q̄ haberet docilē. Leus negat hoc sibi
ctum. At ego locū ostēdo, vbi possit reperire. Fortassis pu-
tat latinitus verbū docibilē, q̄ docilem. Vt facilis est qui fa-
cile facit, ita docilis dictus est illis, q̄ facile doceret, quē ad-
modum

modum amabilis qui propensus sit ad amandum.

AD. CCII.

Eodem.

Mulieres similiter pudicas. Admonuerā ^{ἡρώδης} hic
rectius verti potuisse vxores, qm̄ quidē ipse sermo-
nis tenor declarat eū loqui de vxoribus diaconorū & epis-
coporū. Leus obijcit Chrystomū qui noluerit admisce-
ri vxores, sed interpretetur de mulierib⁹, quarum ministerio
utebantur apostoli. Scio non placuisse Chrystomo vxo-
res, & tamē vbi fit mētio filiorū, quare declinat mentionē
vxorum, præsertim si intelligamus vxores ministrorū, q̄s
& hodie diaconissas vocari in oriēte, ostedit glossema, qd̄
Hieronymi falso titulo fertur. Verum hac de re non digla-
diabor, & cōsistit vxores fuisse ministras. Etiam si Chryso-
stomus fatetur hoc plerorūq; de oībus vxoribus interpretari.

AD. CCIII.

Eodem.

Magnū est pietatis sacramentū. Cum hoc loco varia
rent exēplaria, demonstravi duplicē lectionē, ambi-
gens vtra esset p̄ferēda. Hoc non pōt opinor reprehēdere
Le⁹. Deinde qm̄ nō nihil torq̄rent interpretēs, indicavi mihi
simplicissimū videri, si locū hūc intelligam⁹ de p̄dicatione
Euangelij, idq; quo facto fieri possit p̄pono. Leus magni-
fice rejicit, negās p̄dicationē Euangelij esse sacramētū, absur-
de dici p̄dicationē assumptā in gloriā. Ridiculū, quasi vero
hoc dixerim. In re sacramentū est, non in p̄dicatione. Sed
qd̄ ante fuit arcanū, cœpit esse publicū p̄dicatione, & qd̄
prius latebat, hoc assumptū ē in gloria. Hæc oīa q̄ pri⁹ erāt
p̄missa de Christo ac deinde facta sunt in Christo, pri⁹ erāt
mysteria, paucis aut nullis cognita, mox ap̄lorū p̄dicationē,
toti vulgata orbi. Vbi nūc ē, qd̄ scribit Le⁹, hæc interpretatio
q̄ male q̄dret huic loco & c, cū idē interpret, qd̄ interpretatur
alij. Porro qd̄ de Laurētio arguatur, nō video cur mihi sit
respōdendum.

AD. CCIII.

I. Timo. iij.

In charitate. Hic nihil annotaram, tantum verteram,
quod repperi apud græcos, apud quos redundat,
^{ἐν πνεύματι,}

ἐν πνεύματι, id est in spiritu. Leus indicat apud Chryso-
stomum nō esse. Ac verum dicit. An ideo mihi non erat ver-
tendum, qđ habetur in Græcis codicibus? Et ne dicat hoc
meum græcū, ad eundem modum habet æditio Aldina.

AD .ccv.

I. Tim .vi. **I**n laqueum diaboli. Admonuerā diaboli nō addi, nec
apud Græcos, nec apud Ambrosiū. Leus obiicit Chry-
sostomū interpretari. Mirum vero si interpretat, quod
sensit Apostolus. At nō ideo scripsit Apostolus. Nos ostē-
dimus, qđ scripserit, non quid senserit.

AD .ccvi.

ij. Tim. i. **G**ratia & misericordia. Ostendo Græcis abesse con-
iunctionem, et. Leus obiicit apud Chryso-
stomū ad
di. Qui scit hoc Leus? Deinde quid refert.

AD .ccvij.

Eodem **T**empora secularia. Cum græce sit *αἰώνιος*, qua di-
ctatione solent æternitatē significare, Leus mauult se-
cularia, & tñ Chryso-
stomus interpretatur, ab æterno,
At Latinis sæculare dicit, qđ cetero qđq; anno instaurat.

AD .ccviii.

Eodem. **C**um græce sit *ἐν ᾧ*, admonui vertendum in quod,
Leus obiicit Chryso-
stomum, qui legerit in quo, sed
latine loquens.

AD .ccix.

ij. Timo. ij. **P**rophana autē inaniloquia & c. Admonuerā hęc, nescio
quid, de quorundam supernacaneis quæstiunculis, qđ
sibi Theologi videntur. Hic Leus ansam nactus infi-
gendi genuinum, Sed id, inquit, etiam fuerat annotandum
quod prophana iusserit deuitare. Itaq; monuerat illotis per-
dibus in sacrarium non esse irrupendum, nec sic tractan-
das litteras, vt fabulas poetarum, opus esse illi summa vitæ
sanctimonia, summa pietate, ac modestia, qui sacra adeat,
multo magis qui adyta penetret, non esse cuiusuis aperire
mysteria, sed tantum transformati in deum spiritus. Hęc
quorum spectant, nisi vt innuat hæc omnia mihi deesse, si
bi super-

bi fuisse. Qd̄ vel ex hoc libello cuius intelligere p̄optū
est. Quanc̄ ego nō mihi sumo tractationē mysterioꝝ, sed
in re omniū infimaverfor, magnifica illa Leo cedēs, ac Lei
libris, q̄bus ea fato seruata sunt, q̄b̄⁹ adest animus & mēs,
cum qua dii nocte loquunt̄.

AD .ccx.

NE forte det. Qm̄ græce est *μηποτε*, submonui potu Eodem.
ille verti, ne qm̄, testans ne sic qd̄ē satis latine reddi-
tū esse, qd̄ *μη* apud Græcos nō sit hic negātis, aut pro-
hibentis, sed dubitantis. Leus obijcit Chrysoſtomū, q̄ le-
gat forte, sed latine loquēs. Alioq̄ qd̄ stulti⁹, q̄ si legiſſe pu-
tet, *μη ἴσως*. At tū meminit Chrysoſtomus dubitatiōis. Ve-
rū, sed eā dubitatiōē colligit ex *μη*, nō ex *ἴσως*. Id cū palam
sit ex Chrysoſtomi v̄bis, mirū est nō aiaduersum eē a Leo.
Scribit em̄ hunc in modū: Ac si dicatur, fortassis sequetur
aliqua emendatio. Si dictum erat forte, quorsum attinebat
illud, ac si dicatur: Hæc scribunt, qui soli lotis pedibus in-
grediuntur adyta mysteriorum, qui spiritum habent in de-
um transformatum.

AD HEBRAEOS.

AD .ccxi.

INdignat̄, q̄ ordinē indicarim verborū, videlicet rē tam Hebraeor. i.
minutam.

AD ccxiij.

QVia nō potuerūt. Indicarā hoc loco, Græcis nō re-
peti in requiē meā, sed subaudiri. Leus addit nec in Hebrae. iij.
suo codice legi additū. Bene habet. Sed in plerisq̄
vulgatis additū comperi. Idem ille comperiet, si querat.

AD .ccxiij.

AD expletionem spei. Admonueram artissimā spem Hebrae. vi.
nasci ex pijs opibus potius, q̄ ex syllogismis. Idq̄ vt
facere in cā fuit græca vox *πληροφορία*, quæ sonat cer-
tā p̄fusiōē. Hic mihi Leus, cui nulq̄ nō prurit in me ge-
nuinus, Qui & hoc scias inq̄t, ex opibus ceu p̄cipijs syl-
logismū fieri ad spē, vt p̄sumptio sit bene sperare, si male se
ceris. Nimirū indicās, se pijs opibus vndi p̄supfluere, me
malis

malis abundare. Ego mihi nō arrogo sanctimoniā, sed ab hac nulli longius absunt, q̄ qui sibi maxime vindicant.

AD ccxiij.

Hebrę. vij. **D**E alia tribu. Id verito in annotationibus dūtaxat nō in cōtextu, ad hūc modū. Alterius gētis particeps fuit. Hic Leus ex autoritate Suidę docet me ^{φολω} aniceps esse vocabulū, ad tribū ac gētē, sed fugit illū gētē etiā apud nos anceps esse. Nā eiusdē gētis dicuntur gētiles, hoc est, cognatione cōiuncti. Hoc si scisset Leus, nō appellasset meā interpretationē impiā, Et hic est ille formidabilis locus, quē iā nō semel obiecit, in superioribus annotationibus. Tales habet Erasmus preceptores, tales habet censores, & tñ nō agit gratias, omnium qui viuūt ingratissimus.

AD ccxv.

Eodem: **S**ermo aut iurisiurandi, Qm̄ Gręcus sermo nō carebat Sāphibologia, Indicaui duplicē sensum, q̄ neuter placet Leo, & nouū inducit, volēs sermonē positū, p̄ se ipsa, sed hoc loco nihil erat opus biblia Hebrętica, quę admodū ille loquit, cū alioq̄ res belle habeat. AD ccxvi.

Hebrę. viij. **S**i em̄ primū culpa vacasset. Cū sit ^{ἀμεμπτος} eḡ rece interpretor irrephensibile, siue de q̄ queri nō possis, vel in q̄ nihil posset desyderari. Leus obijcit Chryostomū, q̄ interpretet, si inculpabiles fecisset. Eā interpretationē, vt nō reijcio, ita nō habet Leus cur meā reijciat. Cur em̄ vereamur legē illā dicere rephensibilē, cū ipse de^o dicat, dedi eis leges nō bonas. Neq̄ nescio, quō sit hoc accipiendū. Sed qd̄ hoc ad meū institutū: Postremo, an mollius ē, si culpa vacasset, q̄ si fuisset irrephensibilis? Nā potest esse obnoxiiū rephensionī, quod tñ culpa vacet. AD ccxvij.

Hebręo. ix. **E**t sanctū seculare. Qm̄ Gręcis est κοσμικόν. admodū nui recti^o verti potuisse sanctū mūdanū. At Leus docet ex Chryostomo seculare legē dū, & ideo seculare dicitū, q̄ oibus licebat intrare, etiā gētib^o, Quid ego audio: An seculare dicit latinis, ad qd̄ oibus patet adire. Nō pudet

puget Leū harū annotationū: Nō salē illud vi dit, hō tam
oculatus, qđ ipse citat ex Chrystostomo: Nō em̄ Iudai tot⁹
mūdus. Quid dici potuit apertius: Gentes nō admitteban
tur in tēplū Iudaeorū, quia erat sanctū vnus gētis. At Chri
sti tēplū patet oibus, q̄ sunt in mūdo. Tā fœde tories labit,
qui censorio supercilio, tam inclementer sauit in alienos
lapsus, imo in benedicta. Quas sannas hic adferret Leus, si
qd̄ in illā eiusmodi cōmisisset. AD ccxviiij. Eodem,

In sanguinis effusione. Quod sequitur, quoniam ali
bi interpretatur, de redimendis angelis Origenes, admo
nuitribus duntaxat verbis, locū hunc in specie habere
nō nihil Origenicū, nō sentiens qđ autor aliqd̄ Origenicum
saperet. Hic Leus adfert interpretationem Chrystostomi,
que mihi valde p̄batur, etiāsi duriuscula est, si quis expēdat
adsermonis faciē. Quo possit detorqueri nescio, Certe hic
Origenes sumpsit occasionē erroris sui. Vt nobis nō sapit
Origenicū aliquid, ita illis sapuit, qbus fuit occasio labēdi.
AD ccxix.

NAm & vincētis. Indicarām Gr̄cis esse vinculis meis
τοῖς δεσμοῖς μου, atq; ita legitur in Aldino exēplari. Hebræo, x.
Leus obijcit Chrystostomum sed latine loquentem
Etiāsi ex illo magis colligit, qđ legerit, vinculis, q̄ vincētis.
AD ccxx.

Fides est substantia. Obiter taxarā hic glossēma qđ dā iu
risperitorū in tit. de. S. l. & si. catho. in q̄ tumultuant de
hac definitione, & hac submota tāq; parū dialectica,
aliā scholasticā, vt ip̄i vocāt, magis inducūt, cū qđ Paulus
hic dicit, magis sit encomiū fidei, q̄ definitio. Perinde ac si
dicerem, Radix oim malorū cupiditas, speciē qđē habet
definitionis, at definitio non est, certe ad leges dialecticas.
At Leo videt eē definitio ad rōnes topicas Ostēdat igit̄ ge
nus, ostendat differētā. Quod si hac definitio qđrat ad re
gulas dialecticas, qđ venit in mentē illis, q̄ pro hac ceu pa
tum dialectica subrogarunt aliā, vt ip̄i vocant magistralē
Et

Et obiicit Hieronymū, q̄ alicubi vocet definitionē. Obij
cit Augustinū, nec illos insector, sed hos qui rē tam sophi
stice tractent. Sed negas esse definitionē inq̄. Nego, sed ta
lem, qualē illifaciunt, de quibus proprie verba fiunt.

AD. CCXXI.

Eodem.

Sara sterilis. Indico gr̄cis non addi sterilis. Quod dī
co verū est, nec habetur in exemplari Aldino. Sed obij
cit Chrysoſtomū qui & legat, & interp̄terur. Atq̄ secus ha
bet res. Nā Chrysoſtomus legit ad hunc modū. Fide inq̄
& ipsa sa. ravirūtē ad suscipiēdū semen, ad retinēdum semē
susceptionē virtutē accipit, quæ iam mortificata & sterilis.
Quod adijcit mortificata & sterilis, nō ex cōtextu addidit,
sed ex ipsa re.

AD. CCXXII.

Eodem

Placere deo. Indico hoc loco gr̄cis nō addi deo, sed
ex superiorib⁹ subandiri. Mirū v̄o si Chrysoſtomus
hoc interp̄tatur, qđ sensit is, qui scripsit hāc epistolam.
At non statim addendū in contextu quod probabile sit sen
sisse qui scripsit.

AD. CCXXIII.

Eodem.

Acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos.
Cum is qui scripsit hanc epistolā loquatur de mari
bus quibus prophete filios reuocauerūt ad vitā, duo
bus verbis noto quorūdam recentiorū intempēstivā disci
ptationem, qui ex hoc loco quærent, an vxor cogenda sit,
vt maritū semel mortuū, ac mox vitę redditū cogatur reci
pere, p̄sertim si nupserit alteri. Cū Paulus epistolę ad Ro
manos cap. viij. scribens vxorē solutā a iure viri, posteaq̄ il
le dormierit, nō hoc egerit, vt explicet difficultatem huius
modi questionis, sed tantū vt adhibita collatione doceat,
nobis nihil esse cum lege Mosaica, posteaq̄ illa publicata
Christi doctrina iam fuit antiquata, ac velut emortua. Hęc
locū isti pertrahunt ad casum oim̄ rarissimū Paulus hoc qđ
erat vulgati moris, traxit ad argumētū rei quā illic cona
batur persuadere. Alioqui mulier cui datū erat repudium,
an nō erat soluta a iure viri prioris; Nā illic haud dubie su
mit exera

mit exemplū ex lege Mosaica, precedit enī, sciētibus legē
loquor. Porro qđ hīc adducit Leus Paulū de penula sua
mandasse, deq; rebusalijis, vt ipsi videtur humiliorib⁹, qđ
ad me pertinet. An qui anxius est tractat humilia: Si loca-
rem tibi domum vsq; ad finem vitæ tuę, & in Syngraphis
adiicerem, si cōtingeret te mortuū reuiuiscere nihil iuris ti-
bi fore, in rem locatā, nōne tibi videret anxius in paciscen-
do: Sed quid inquit tandē respōderes, si forte fortuna tale
quippiā vsu veniret. Quid si cœlū ruat: Primū interpreta-
ter morbū fuisse non mortē. Deinde consularē qđ esset res
pondendū Hūc certe Pauli locū, non torquerē ad eiusmo-
dicafum. Quod si hīc locus aut etiā alter, qui est in episto-
la ad Corinthios plane sensit id quod isti interpretant, cus-
tem certam vocant in dubiū: Verum hoc vt cūq; disputabi-
le, illud absurdū, & insignis inscitie, qđ adiecerim, ne vxor
res virū semel defunctū cogantur recipere, idq; ne pereat
character ille indelebilis apud ipsos natus. Hic floret Leus
Primū inquit nō imprimitur character in matrimonio, qđ
licebit discere, ac cōtemptis tam sepe Theologis, qui hic te-
cum calūnię agere possunt, cum hoc illis obijcias, quod to-
ta via pugnat cū eorū decretis. Vt nusq; p̄mittit Leus oc-
casionē Theologorū ordines in me concitandi, de quibus
nomen hactenus, & sensi melius, & melius sum meritis, q̄
Leus ipse. Non probarē Theologos, si oēs essent huius si-
miles, qui cū nihil docere possit, nusq; non surgatur. Quid
an vsq; dixi, in matrimonio characterē imprimi indelebilē:
Sed aio characterē cōmentū esse Theologorū, certe Tho-
mistarum, qui hanc adferūt causam, cur matrimoniū iterari
possit, baptismus aut sacerdotium non possit. Quæ causa si
nulla est, an non perit illis suus character, quem commenti
sunt, Nec tamē hinc consequitur in matrimonio caracte-
rem imprimi. An si mihi pereat Lydia regula, ad quam stu-
deam explorare quid obliquum sit, quid rectum, ideo ni-
hil erit rectum aut curuum.

AD. CCXXXIII.

Hanc annotationem addit extra numerum, quo plus
conflet inuidiæ nobis. Hanc epistolam diu non fuisse
se receptam a Romanis constat, aut certe Pauli nomine non
fuisse receptam, quod in ea quædam essent, quæ iuxta spe-
ciem sermonis viderentur non abhorreere ab Origenis dog-
matibus. Leus putat Paulum abstinuisse ab omni specie ma-
la. Id an verum sit nescio, certe conatus est. Sed quid si vicium
oculi sit in causa, vt species videatur esse mala, an ideo non
poterit dici esse aliqua mali species? Sed durus est quod ali-
bi dixi, hic loco manifeste adimit spem relapsis. In caput. vi.
annotans multis verbis explico sententiam chatholicam eius
loci. Cur Leus non hoc etiam interpretatus est, ad confir-
mationem sensum. Illinc certe poterat perspicere, meo iudicio
non adimi spem relapsis, sed aliorum, qui locum illum
peruerse interpretarentur. Et tamen his verbis quoniam sen-
seram quosdam offensos, in posteriore editione mutavi quod
scripseram. Si adimit inquit spem relapsis, quomodo dicitur
esse receptam ab ecclesia, cum ecclesia daret, quod probat
epistola: Epistolam recipit ecclesia, peruersam interpreta-
tionem non recipit. Sicut Chryostomum recipit ecclesia, sed quod
alicubi Leus interpretatur ex Chryostomo, non recipit ecclesia

AD TITVM.

AD. CCXXV.

Tit. I.

An te tempora secularia. Hic Leus Chryostomus in-
quit legit, secularia, verum sed latine versus. At Hiero-
nymus mecum legit aeterna.

Eodem.

AD CCXXVI.

Secundum imperium *ἐπιταγήν* ego malo delegationem
quam imperium Chryostomus inquit Leus interpretatur imperium,
Verum sed latine loquens aliena lingua.

Eodem.

AD. CCXXVII.

Gratia & pax. Admonui graecis omitti coniunctio-
nem, Leus obijcit suum Chryostomum, aliena lingua
loquentem

loquentem. Sed quid Hieronymus legerit incertum est,
quid græci legant, res ipsa indicat. Quod si quid id habet mo-

AD. CCXXVIII. (mēti.

Reliquite Crete. Cum Creta sit insula, admoneo nihi
lo latinus dici, reliquite Cretæ, quod si quis dicat Reli-
qui Hispaniæ, pro eo quod erat in Hispania. At Leus, Hie-
ronymus inquit sic legit. Legit, sed vulgaram sequutus in-
terpretationem. An ideo mihi non licebit priuatim latine di-
cere, presertim cum græce non sit Creta sed in Creta.

AD. CCXXIX.

Per ciuitates $\kappa\alpha\iota$ πόλιν Admonui ad verbum sona Eodem
re, per ciuitatem, non quod ita verti velim. Nam addo
id est in singularis ciuitatibus. Et in contextu verto oppida-
tim. Quid igitur est, quod annotat Leus, nisi quod studu-
it explere numerum suum.

AD. CCXXX.

Subditose esse. Submonui distinctionem huius loci di- Tit. ij.
uersam esse ab ea, quam Hieronymus indicat fuisse in
sue tempestatis exemplaribus. Hic Leus eum graue telum
nactus, miratur nos fidere græcis codicibus, ob hypostig-
men, aliter nunc positam, quam olim fuerit in Hieronymi codi-
cibus. O serias annotationes.

AD. CCXXXI.

Saluatoris. Admonui græcis esse non σωτήρ sed σωτήρ Eodem;
id est salutaris, siue salutifera. Atque ita sane legimus
etiam in æditione Aldina. Hinc rursus Leus vociferatur
græcorum codices esse deprauatos, & nostros hoc certe lo-
co esse, emendatiores. Fingat ita esse, quid tam postea? Et
tamen quod asseuerat incertum est. Postremo cum sensus
sit idem, quid refert vtrum legas

AD. CCXXXII.

Et hūanitas. Quoniā græca vox φιλανθρωπία obsta Tit. iij.
bat, quod minus hic sermo posset accipi de hūana natura
Christi

Christi, admonuit lectorē, ne cū recentioribus quibusdā erraret. Adde de patre Iesu dictū, Leus vult ad torā trinitatē pertinere. Sed nī de patre intelligas, q̄ cohæret qd̄ sequit̄, p̄ Iesum Christū saluatorē nostrū. Certe de patre interpretatur Ambrosius. Neq̄ tamē affirmavi, quod adducit Leus, sed modestissime adieci his verbis. Et quod deum seruatorem vocat magis ad patrē referendū videtur, q̄ ad filium. Erramen hæc recenset Leus, inter ea, quæ non mutarim homo pertinax & indocilis.

AD CCXXXIIJ.

Eodem,

HAs annotationes fuisse Leo suppeditatas ab alijs, potest etiam adornasset iam opus suū ad ædendū, vel hoc ē argumēto, quod nō habent suū locū. Quoniā vulgo nihil aliud sonat hæreticus, q̄ male sentientem de dogmatibus fidei, visum est admonere, Paulum illic non proprie loqui de hoc hominū genere, sed in vniversum de cōtentiosis, & factiosis. Porro qd̄ ascripseram, hæreticum appellat, non qui dissentiat a conclusionibus magistrorū nostrorum, sed factiosum. Leus illico arrepta ansa conatur Theologorum ordinem in me concitare, mira facundia de clamans prorsus hæreticum esse, quicūq̄ dissenserit a dogmatibus illorum, modo hi probe munere suo fungantur, in his quæ ad fidem & mores spectant. Nec enim per alios statuit de ijs, quæ ad fidei negocium pertinent. Quibus si detrahatur discernendi autoritas, quid sit impium, quid sit hæreticum, nulli supererunt, quibus hoc negocij committatur. Cum pontifices nihil absq̄ illis pronuncient. Siquidē ecclesiam nihil reprobare, aut approbare sine iudicio. Id iudicium nulli superesse, præter magistros nostros. Pontifices, inquit, autoritate discernunt, hi iudicio. Quod nī præcesserit autoritatem, manca plane est & inutilis. In hoc fer mone, dum Leus impense Theologis adulari, odio mei, Pontifices, hoc est, episcopos afficit contumelia, quibus ita tribuit autoritatem, vt iudicium detrahat. An episcopis nullam

nulum est iudicium in negotio fidei, etiam si non sint magistri nostri: Dicit horum auctoritatem esse mancā, ni preceserit iudicium magistrorum nostrorum, quasi soleāt de pietatis ac fidei negocijs illi perperā iudicare, aut quasi nō possint etiam Theologiae professores iudicare perperam. Quis autem adimit Theologiae auctoritatē iudicandi? Aut quis ab illis dissentit, vbi probe fungunt munere suo: Sed quis istuc iudicabit, an probe suo fungantur munere. Nimirum subindicat hic Deus, quod aliquoties non fungunt probe suo munere, & opinor, idem arbitratur vsu venire in nonnullis Theologis, qd' magno nostro malo expimur in medicis. Multum honoris debetur doctis ac fidis medicis. Sed quid praemij debetur, ijs quorum multo maxima pars est, qui compendij, famaeq; gratia passim ingulant homines: Quidam etiā inscitia. Nec vlli magis affectant haberi medici, quam qui minime sunt. Non dubito, quin Leus sibi videatur eximie Theologus. Alioqui non tanto supercilio mihi impingeret colaphos, neq; tanta auctoritate pronunciareret haereses. Et tamen ipsa res docet illum vix idoneum esse, qui se profiteatur Theologiae candidatum. Itaque qua fronte sic passim pronūciat Leus, cui nec auctoritas adest, eo quod non sit episcopus, nec iudicium, quum non sit Theologus. Nec ego tamen locutus sum de quibusuis conclusionibus Theologorum, quas Leus vertit in dogmata, nusq; ingeniosior, quam ad calumniam ac seditionem, sed in genere dixi, sentiens, non continuo haereticum esse, qui ab aliquorum Theologorum placitis dissentiat. Quandoquidem nec ipsi inter se consentiunt in multis. Et sunt quaedam illorum conclusiones, vt vocant, quae non pertinent ad negotium fidei Catholicae. Postremo Theologorum docere magis est, quam decernere. Alioqui cum in omni fere mortalium genere maior pars vincat meliorem, si semel hoc illis permittitur, vt cogant tantum, non etiam doceant, periculū est, ne cogamur pro optimis sequi pessima.

Quod

Quod si doctrina Christi, tantum esset violenta, nec admi-
sceret, quæ consentiāt cum naturæ sensu, quæ vim veri ge-
nuinam præ se ferant, fortasse nec CHRISTO credere
mus, cui nunc credimus maxime. Ego doctis, grauibus,
sobrijs, ac pijs theologis, plus tribuo, quàm ipse Leus, aut id
quamlibet sancte deierare, & recentiores veneror, alioqui
non consulturus illos tam diligenter in nouo testamento.
Nec ideo sum illis iniquior, quod in ea palestra in qua po-
tillimum exercentur illi, non perinde valeam, non quod
existinem mihi defuturum omnino fuisse ingenium, sed
quod alio me fatorum vis deflexerit. Sed tamen quorundam
ingenium, mores, iudicium, eruditionem, ita sum ex-
pertus, vt nihilo magis mihi displiceam, si sim illis hæreti-
cus. Etiam si iuxta Pauli consilium, placere cupiam omni-
bus, siquidem fieri possit. Iam vt integritas fidei nostræ mo-
dis omnibus tenenda est mordicus, ita fortassis expediret,
non queuis placita Theologorum, aut scholasticorum odi-
ose pertrahere ad fidei causam. Et ea maxime deberent no-
bis esse cordi, quæ vitam nostram forment ad CHRISTI
regulam. Nunc nescio quo pacto nulla magis vrgemus,
quam quæ faciunt ad questum ac tyrannidem. De quibus-
dam Theologis loquor, non de toto ordine. Nam in hoc
scio sanissimo cuique vehementer improbari quorundam
stolidos ac seditiosos tumultus. Etenim quemadmodum
scelerosi, quibus pacatis rebus humanis male est, bellum
optant, ita illi turbari cupiunt tranquillitatem reipublicæ
Christianæ, quod ita magis expediat ipsorum compedijs.
Verum vt finiam, reiicit Leus, quod dixerim hic Paulo
dici hæreticum, qui factiosus sit. At factiosus, inquit, esse
poteat, qui non sit hæreticus. Verum est latine, at græce idē
est factio & hæresis, nisi quod hæresis magis sonet in bo-
nam partem. An ideo hæreticus non est factiosus, quia est
aduersarius veritatis? Sed tamen factiosus esse poteat, qui
tumultuose contendat, de rebus ad fidem non pertinenti-
bus.

bus, quæ admodum illi, qui pro doctrina Euangelica, inculcabant fabulas Iudaicas, & genealogias. Nam de his agit Paulus. Veluti si quis nunc seditiose contendat caput Anne, quod uisitur Dura, non esse matris virginis Mariæ, sed alterius cuiusdam foeminae. Hac ex re Paulus nollet suscitari procellas ac turbas. Postremo quod hic in genere dixeram bono sensu, sic in additione posteriore explico, ut ne quis possit offendi.

A D P H I L E M O N E M

AD CCXXXIIII

Donari me uobis. Cum sensus sit idem, tamen admodum, Græcis esse *χαριθιωμαι*, id est, donabor. Sic habet & editio Aldina, & ad eum modum legit Ambrosius. Si Chrysostomus aut Hieronymus legit *χαριθια*, quid tamen postea? Et tamen incertum quid illi legerint.

EPISTOLA IACOBI.

AD CCXXXV.

Supplicor & hanc annotationem esse alienam. Sit hoc somnium animi mei, si tu dissentis lector, mihi vel illud est argumento, quod quum habeat causam non omnino malam, tamen non insonat conuictus, quod solet etiam in causa pessima. Quod nos legimus, ostende mihi fidem sine operibus, ostendi Græcis esse ex operibus. Admoneo iuxta nostram lectionem non satis constare sensum. Sed ne sim, plior, rem tribus uerbis expediam. Quod Deus admonet fingi personam, qui ex aduerso respondeat, vel ipse Iacobus demonstrat. Sed dicet quis, Verum ego paulo aliter ordino dialogum, quam Deus. Nam si sermonem hunc, Tu fidem habes, tribuamus illi quem redarguit Iacobus, qui consilium, ut is sibi arroget opera, qui putat absque operibus sufficere fidem. Aut quod conuenit, ut apostolus iubeat exhiberi fidem absque factis, quod docet non consistere fidem sine factis? Proinde mihi uidebitur hic esse sensus, Erant quod putabant alterum sufficere, Iacobus uult ut utrumque coniungatur, itaque sub persona secunda facit aliquem alteri

Iacobi. ii.

alteri loquentē. Tu fidē habeas: satis sit tibi. Ego opera habeo, & id mihi satis est absq; fide. Hoc colloquū interpellat Iacobus. Imo neutri sufficit ad salutem quod habet. Sed tu qui fidē iactas, doce factis ipsis, tibi fidē esse, q̄ certe res ociosa non est. Et ego factis ipsis declarabo mihi neutrum deesse. Sed ad hanc sententiā, nō quadrat latina lectio, verū. Et ob id admonui græcæ lectionis Vides lector, quæ Le⁹ tot verbis disputat, nihil ad rem pertinere: quippe cum non intellexerit, quid mihi voluerim.

AD. CCXXXVI.

Iaco. iij.

SI dominus voluerit. Cum indicassem græcā lectionem a nostra diuersam, adiunxerā. Sed haud scio, an græca hoc loco sint deprauata. Subijcit Le⁹, idē dixisses sepe a te. Quid autē si dixissem, quēadmodū & dixi: Colligit Le⁹, non esse fidendū græcis codicibus. Ego vicissim colligā, nec latinis fidendū, de quibus hoc subinde fateamur oportet. At quid facerem in consensu codicū, quando sic habet & Aldina æditio: Nihil autē erit incōmodi si legamus hūc in modū, sublata vnica cōiūctiōe, ^{καὶ ὁ κύριος θελήσῃ ἢ ἡλίως} *καὶ ὁ κύριος θελήσῃ ἢ ἡλίως* hoc. *καὶ ὁ κύριος θελήσῃ ἢ ἡλίως* id ē si dñs voluerit, & vixerim⁹ faciem⁹ hoc.

PETRI PRIMA.

AD. CCXXXVII.

IPetri. I.

IN quem desyderant. Cum græcis sit constanter & indifco videri deprauatū in nostris libris pro in q̄, in quē. Nā Petrum sentire de magnificis illis promissis, q̄ olim prædicta per prophetā, postea mundo sint exhibita per Euāgelicam lucem, modis oibus eiusmodi vt ipsis etiam angelis p̄beant admirabile iucūdūq; spectaculū. Qui mutauit, quæ in quē videtur ad spiritū retulisse, qui precessit. At nego mirum esse, si angeli cupide speculātur spiritū sanctū, Sed his verbis Petrus effert maiestātē Euangelij, quā angeli quocūq; venerētur, gratulātes humano generi tam admirabili cōsilio redempto. Vnde canūt Gloria in excelsis deo. Hic qd est optime lector, qd reprehēdi mereatur. At vide q̄ multa repperit

repperit Leus Primū inquit fieri potest, vt hic quoq; græci codices sint deprauati. Vt fieri possit, nō est verisimile in tāto cōsensu, presertim cōmodiore sententia. Etiam si Leo secus videt̃, vel ob hoc, vt a me dissentiat. Deinde, nō narrat inquit Petr⁹ pro re mira, qđ angeli desiderant p̃spicere. Si hoc adducit ad exaggerandū maiestatem Euāgelij, nōne refert vt rem miram: Idem inqt possis dicere, si referatur ad Christū. Christum vt deū semper contēplati sunt angeli. Hoc mysteriū incarnationis, crucis, resurrectionis, redempti generis humani, diu desiderarant angeli videre, quod tum cupide cernebāt. Et si referatur ad Christū natum, crucifixum, resuscitatū, ascendētē, mittentē spiritum, plane mirum erat. Et idem est sensus quē ego adduco. Sed in sermone ordine scrupulus est. Eū explico, Addit Leus, Quid si non sit mirū, non propterea non erit verū. Sic multa feceris falsa in sacris litteris. Quod respōsum hic merebatur Lei p̃teruitas: An dixi nō esse verum, quod angeli cupiūt intueri spiritū sanctū: An ideo non est verū, si indico Petrū aliud hoc loco dixisse: An inducit falsitatem sacris litteris, si quis ex vera lectione ostendit sensum qui Leo nō placet: Nec his cōtentus, arrodit, qđ pro *εὐαγγελιο μεμνημένους*, quo sermo dilucidior esset, verterim, qui vobis p̃dicauerūt Euāgelij. Nihil erat opus inquit periphrasi. Quid ego audio: Anne tum quidem cum id suadet vtilitas: Sed turbat ordinem sermonis, Leo turbat, at alijs non turbat. Nam in q̃ refertur ad ea quæ præcesserunt, hæc q̃ nunc annunciata sunt vobis, & alia item q̃ sequuntur Vides vt ad calumniādum est ingeniosus ac diligens.

AD. CCXXXVIII.

Honorem impartientes. Ex autoritate diui Hieronymi demonstraram hic Petrum agere de temperando nonnūq̃ a coitu vxoris, quo magis vacetur sacris præcationibus. Et atrocius aliquanto fortasse q̃ par est, reiŃcio commentum Lyrani, qui locum hunc interpretatur, quasi

I. Petri. iij.

K Petrus

Petrus monnerit maritos vt vxoribus prospiciant de vi-
ctu & vestitu honesto secundum statū & facultates suas.
Si Lyranus interpretat⁹ fuisset generaliter de subsidio, quo
subleuande sunt vxores, non perinde displicuisset illius cō-
mētum Nunc id quod est infirmū, solum attigit. Quis autē
maritus solet vxorem famelicam ac nudam relinquere? Hic
primū Leus magna libertate reijcit interpretationem He-
ronymianā, quod soleat & alias torquere litteras sacras ad
uersus hereticos. Sed hic mihi videtur Leus oblitus, quod
alibi me tā inclemēter acceperit, qui dixerim orthodoxos
nōn nūq̄ id facere, quod hic affirmat subinde facere Hero-
nymū, videlicet ^{ap̄thos d̄ ōḡōratōv.} Quid dicent heretici cū hec
audient: quas gratias ageret Leo, louinianus, Heluidius,
Vigilātius, & Pelagius? Sed hac vtcūq̄ habent, quod seq̄-
tur non potui sine risu legere, q̄tūuis atrociter ille incessat.
Somniat enī Leus, quod Petrus dixit vasculo infirmiori,
me ininterpretari, de pudēdo mēbro muliebri. Quis hoc nō
rideat? Et vide quibus cōuicijs hic accipit me censor meus
Nescio inquit, quid possit ineptius dici, q̄ vt hic sermo re-
feratur ad pudendū vasculum muliebri. Sed vnde somniū
hoc Leo venit in mentem? Nūquid istiusmodi quippiam
colligif̄ ex verbis meis? An quia coitus fit mentio? Vt coi-
tus non fit absq̄ mēbro illo, ita non statim qui de coitu loq̄-
tur, mēbrum hoc nominat. Deinde magna cum autorita-
te docet me, vasculum infirmius hic appellari femina ipam
non membrum pudendum, Nescis inquit Paulū nos vo-
care vasa fictilia. Ac mox. Ergo inquit, ita interpretare infir-
mius vasculum, quo cōtra possis opponere firmius vascu-
lum, Hoc sane nos docuit Leus. Sed absurdus est etiam,
quod subdit. Sed nec dices inquit, Petrum prohibere oēm
corporum cōmunionem inter coniuges. Nam Paulus tūc
reclamabit dicens, Reuertimini in idipm. Quis hoc ascri-
beret Petro? At hoc inquit sequitur ad tuam interpretatio-
nem, cū

nem, cum etiam sanctissimo coitu inquinetur vasculū mu-
liebre, vasculum inq̄ pudēdum, addo & totū corpus. Cur
Leus hanc interpretationē meam vocat potius q̄ Hiero-
nymianam? Quin cum illo rixatur potius q̄ mecum? Ad
hęc, sub cuius tandem persona hęc dicit, inquinari totum
corpus vxoris etiam sanctissimo coitu: Sub mea: nihil vn-
quam tale dixi. Sub sua: Vbi est igitur, quod alias sic tue-
tur, nec in membro, nec in coitu quicquam esse turpe? Sed
pergit, doctor meus ex ipso sermonis contextu demon-
strans, prorsus insanum esse quod interpretatur Hierony-
mus. Quid dicemus, inquit, impartientes honorem foemi-
neis vteris: vt non inquinentur libidine, tanquam cohere-
dibus gratię dei: Quid dictari sint qui hęc legent nescio.
Verum diuino multos dicturos, eam qui hęc scripsit non
caruisse febrī. Sed hunc locum quo cœpit impetu, prose-
quitur. Quid foediū, quid insulsius hac interpretatione?
Sunt foeminei vteri coheredes gratiæ dei? Quid si quis
legens, nos a Paulo dici coheredes Christi, & credere
nos, significare cucurbitas, an ideo essent coheredes Chri-
sti cucurbitæ? Quos tumultus hic citat ex sua ipsius insci-
tia: Nec illi satis fuit, rem tam pene dixerim insanam semel
effuisse. Iterum atque iterum inculcat. Quod si libuit
illud hunc arguari modum, cur non cauillatur & illud,
eū de mēbro pudēdo Leo loquatur Petrus, magis dicen-
dum fuisse *ἐνομοῦντες* q̄ *συννομοῦντες*. Cætera quæ congerit
non admodum ad me pertinent. Sed ne Hieronymum
omnino relinquamus indefensum, audi Lector, quem-
admodum inter se cohereat hic locus. Præceperat Petrus,
vt & vxores obtemperarent maritis, tanquam dominis,
Rursus maritos admonet, vt accōmodent se suis vxoribus,
vasculis infirmiorib⁹, vt pote ppenfioribus ad ea q̄ sunt car-
nis ac magis obnoxij⁹ animi cupiditatib⁹, sed accōmodēt
secundum scientiam, hoc est cum iudicio, non per omnia
obsecundantes.

obsecūdantes illarū affectibus, quē admodum fecit Adam neq; sinant illas intēperanter seruire voluptati corporis, qn potius assuefaciāt vt ea quæ sunt animi sectentur, & rebus honestioribus, ac sacratoribus vacēt Neq; putent vxorū non esse aliū vsum, q̄ ad coitum, cum sint coheredes gratiæ vitæ. Itaq; æquū esse, vt quādo vocatę sunt ad idem pramiū, paribus etiā studijs cum maritis cōtendant ad ea quæ sunt pietatis. Christianorū sacra sunt, purę preces ad deum. Has oportet a puris, a vigilātibus, a castis frequēter immolari Christo. Proinde frequēter, & si fieri potest in totuma coitu tēperandum. Impedit em̄ luxus corporis sanctas preces. Ecce cōcinnauit tibi totū hunc locū iuxta Hieronymi sentētiā. Neq; transilij quicq; quod mihi obiecerat Leus Quid hic absurdū: Quid insullum: Quid fœdū: Vbi cætera quæ modo detonabat Leus: Caterum quid hoc loco sentiam, de Hieronymi interpretatione mihi necesse nō est pronūciare, sat habeo retēcisse Lei cōuicia, qnibus tamen magis impetit Hieronymū q̄ me. Siquidem ille tantus est autor, vt cōuicijs incesendus non sit, si quis eum sequatur vel errantem.

Eodem

Ad cc. xxxix.

Mortificatos quidē carne. Ostenderā a librarijs viciatum, mortificatos, & viuificatos, pro mortificatus, & viuificatus. In hoc cum cōsentiant gracorū codices, cū ipsa sentētia suadeat ita legendū, cum ita citet Hieronymus in Esaia, cap. liiij. Item Augustinus epistola. xc. ad Euodiu. Rursus sermone de verbis apostoli. xiiij. palam interpretans etiam hoc de Christo dictum esse, quod mortificatus sit & viuificatus, dubiū videri nō potest quin nostri libri sint viciati. Nec Leus inficiabitur opinor, etiam si nō nihil dubitat, an mēdo vacet meus codex, quasi nūq; hoc legatur nisi in meo codice. Deinde videndū an varient gracorum exēplaria Videat hoc Leus, mihi tot argumētiorū consensus satis est, Et Leo satis esse deberet, nisi tam libenter a

ter a me dissentiret, vt malit sentire perperā, q̄ mecum sen-
tire recte. Sed illud male habet hominem, quod adiecerā,
iam vero quorsum attinet hoc loco recensere, quę somniā
in hanc sententiā, q̄ gr̄ce nesciūt & id tantum sequun-
tur, non quod scripsit Petrus, sed quod deprauauit librari-
us: Possē ad singula conuicijs incessere, nimis arrogan-
tem istorū incitiā, qui de his quę citra linguarū peritiā
ne legi quidem emēdate possunt, velut ex oraculo pronū-
ciant quicquid somniant. Hic primo loco Leus obicit mī-
hi miram quādam incōstantiā. Miror inquit, quid sit, quod
tam varius es, nullo gradu sistis, mutas stationē, nihil nō fa-
cis, quo carpere possis quosdam interpretes. Imo Leus sibi
nimium constat, vbiq̄ sui similis, nihil non faciēs, quo ca-
linietur Erasmi. Sed audi lector nouā incōstantiā, In pri-
oris ad Timothæū epist. cap. iij. dissentio a valla qui offen-
sus sit, quod mysteriū diceretur assumptū, Rogo cur non
magis offendatur, quod Christus dicatur iustificatus. Sig-
dem in speciē & prima frōte, absurdus esse postertus hoc
Nam iustificatus dicitur vulgo qui ex iniusto factus sit iu-
stus. Ibi inquit grauatim pateris dici, deum iustificatū, hic
prorsus cōtendis vt sic dicat. Nec ibi patior grauatim. Sed
Vallam refellens, obijcio similem sermonis speciē, cum
illū offendisset sermonis facies. Nec hic contendo, idem es
sed dicēdum, An idem est dicere, Christum mortificatū &
uiuificatū, quod dicere iustificatū? An non est mortu-
us Christus? An non reuixit? Sed Christus, nec secundum
humanam naturam vnq̄ fuit expers iusticiā. Habes bel-
lum huius rixæ exordiū, Laceras inquit miseros interpre-
tes, id quod nunquam non facis. Hoc mendacio quid aper-
tius? Quoties eos cito cum honoris præfatione, eti-
am recentiores sanctum Thomam, Lyanum & A quibus
licet aliquoties dissentiam, tamen ad plurima conuieo.
Negat Leus idem facere Hieronymum & Augustinum
quos tamen videar imitari. Nec mirum, Illi non viderunt
talīa

talía glossemata, qualía nos hodie legimus, fortassis atroc
ara dicturi, si tales id temporis tractassent sacras litteras. Qu
quam ne id quidem verum est quod ait Leus. Hierony
m^o an non odiosius tractat Ruffinum, q̄ ego quemq̄ inter
pretū recentiorū? An obscurū est qd pronūciari de comē
tarijs Ambrosij? Quid de ingenio doctrināq̄ Augustini
An nō palā taxat Hilariū vt grēce tenuiter peritū, & in grē
corū flosculis vēditantē sese? An nō dupliciter notat illū, id
q̄ satis inclemēter, in dialogo quē scripsit aduersus Lucife
rianos, & qd de rebaptizandis Arianis perperā senserit, &
qd sibi in sua sententia non cōstititit? Ne qd interim comē
morem de Iovinianis, Vigilantijs, atq̄ Heluidijs. Quā
hic nullum interpretem taxo nominatim. Sed tantum in
genere quosdam mei similes attigo, qui freti scriptura quā
offendunt, neq̄ consulunt antiquos interpretes, neq̄ grā
cos codices, sed veluti re comperta, pro oraculo volunt ha
beri, quod somniant. Quando nulli plus tribuūt sibi, nul
li pertinacius sua tuentur, q̄ qui nullo sunt iudicio. An hu
iusmodi glossematū non plena sunt omnia? An non pas
sim labuntur, etiam ob latinā linguā incitiam? Quid au
tem mirum hoc alijs vsu venisse: cum id toties vsu venerit
in hoc libello Leo? At Leus negat esse crimen, si inter
pres viciata lectione deceptus, secus interpretetur q̄ oport
et, modo citra damnum vllum veritatis catholice. Verum
si id passim ignoscemus interpreti, an existimamus nullum
esse damnum veritatis catholice? Quid autē appellat cri
men? An cōmissum capite puniendum? Ego nūq̄ appel
latur in locum cōmunē, patrocinaſ ijs, qui grāci sermonis
ignari, iam annis aliquot tractarūt sacras litteras: quibus ita
potuerūt miserint in gazophylaciū: nimirū peius senties de
S. Thoma, de Bonauētura, de Lyrano, q̄ ego sentio. Verū
vt multa transiā, ne te lector onerē, operæ precii est audi
re,

re, quo me telopremat & vrgeat. Si hoc crimen inquit potas, quod cū græce nesciāt, audeant interpretari, quo pacto tu effugies, qui Euangeliū Mathæi græce versum, ex hebraico, itidē & epistolā ad Hebræos, latine interpretaris, cū tñ Hebraice nescias? Ut demus hæc Hebraice scripta, cū ego diuersum suspicer: videlicet effugiā eadē rima, qua effugerat Origenes, Chrysostronus, & Hieronymus? Cur em nos nō excuset necessitas? Nemo vidit Euangeliū Mathæi scriptū hebraice. Nemo epistolā ad Hebræos. Quid superest, nisi vt ex proxima lacuna hauriamus, qñ fontis ipsius nō est copia? Alioq cū quæ scribūt & ceteri Euangelistæ græce, dicta sint a Christo hebraice, fortassis sunt quæ min⁹ percipiūtur ex lingua græca? Qz q̄ ego nō sic interpretor Euangeliū Mathæi, vt interpretatur Hugo Carēsis aut alij, q̄ scribūt cōmētarios. Porro q̄ decātat hic Le⁹ de admirabili simplicitate interpretū, de sanctimonia, de studio, de fructu, de cādore, qd̄ nūq̄ inter se dissentiāt, qd̄ neminē taxēt, qd̄ nūq̄ a rectitudine fidei exorbitēt, q̄s nō videt, q̄ absita vero? Qz ingēs pugna inter Thomistas & Scotistas, inter noiales & reales? An nūq̄ notatus est Thomas, nūq̄ Scotus, nūq̄ Occā? O felices interpretes, q̄bus talis glorię suæ preco cōtigerit. Iā hāc disputationē nō reliq̄ nisi relicto aculeo. Addo inq̄t nō obfuisse forte ecclesię qd̄ græce nescirēt, cū quosdā videā prę gloria græcanici sermonis, multa sibi sumere, in fidei potius detrimentū, q̄ adiuuentū. Ego mihi q̄ minimū sumo; cū Leus etiā græce impitus, sibi tantū sumat in græca lingua, magno videlicet ecclesię p̄sidio. Sed huic veneno, mellis addit nō nihil. Nec tñ inq̄t dissuadeo græca exēplaria cōsuli, si q̄s tñ id pie ac sobrie faciat, captiuato intellectu in obsequiū fidei. Quid: an nullas ausurus erat cōsulere græcorū exemplaria, si Leus hoc dissuasisset?

EPISTOLA IVDAE. AD CC. XL

Quoniam visus est sibi belle ac dextre rem gessisse in soli sapienti deo, renouat hic triumphum,
cum

cum illic non intellexerit, quid dixerim. Antea puto satis
 explosum inquit, sed & hoc loco magis exploditur. Quid hic
 magis exploditur $\sigma\phi\phi$ esse additum apud græcos. Id librite
 stantur, cū nostri codices habeant soli deo. Sed non est ad-
 ditum aduersus Arrianos. Nec id asseuero, quin potius cō-
 iecturam meam adfero.

A P O C A L Y P S I S

AD. CC. XLI

Apoca. I.

Mittens per angelum. Admonui & alias verbū hoc
 $\alpha\pi\sigma\epsilon\lambda\lambda\epsilon\theta\epsilon\iota$ sic esse mitti, vt mittitur legati cū man-
 datis. Vt mittens Herodes amputauit caput Ioānis. Proin-
 de cū hic dicat $\alpha\pi\sigma\epsilon\lambda\lambda\epsilon\iota\ \delta\iota\ \alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\upsilon$, admoneo lectore esse
 aliquid subaudiendū, missō mandato per angelū. Id Le^o nō
 negat, interpretans missa reuelatione. Quid igitur hic puta-
 uit, annotādū. Nam collaudor ab eo, quod nihil mutarim
 in contextu. Videlicet ingens periculum esse subindicat, si
 id factum esset

AD. CCXLII.

Eodem.

E Gosum alpha & ω . Cū græce sit $\delta\alpha\chi\epsilon\lambda\iota\ \omega$, Le^o ra-
 tiocinatur filiū hic absolute dici principū nimis libe-
 ter philosophans in græcis articulis de quibus nihil
 intelligit. Quis eū nescit apud græcos, quoties ipsum ele-
 mentum significatur, articulum apponi. Quod idē sit, quo-
 ties ipsa vox non res denotatur, veluti si dicas $\alpha\upsilon\sigma\tau$ græcis
 dicitur, $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\ \delta\omicron\upsilon\alpha\iota\sigma\mu\omicron\upsilon$. Sed hinc deflectens Leus, ad Ar-
 rianos demigrat, hos ait ex addito articulo colligere solū pa-
 trem esse vere deū, cum filio nō addatur. Id nec verū ē, nec
 ab Arrianis vnq̄ est somniatū, sed ipsi^o Le^o soniū est. Et quæ
 antea de his rebus dixerat, declarauim^o esse tricas apinasq̄.

AD. CCXLIII.

Quoniam græcis nunq̄ magnopere placuit liber Apo-
 calypseos, rarus habetur apud illos. Itaq̄ cū cupere
 mus nihil abesse nostræ editioni, egre extorsimus, ab incly-
 to viro Ioanne Capnione vetustissimū codicem, cōmenta-
 rios habentē in hoc opus. Ex eo contextus verba describē
 da cura

da curauimus. In calce vero scribarum incuria deerat hæc
Etsi quis diminuerit, de verbis libri prophetiæ huius, aufe-
ret deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, &
de his quæ scripta sunt in libro isto. Sensimus autem scribã, per
eam occasionẽ errasse, quod cum bis ponatur in libro isto,
ille ad posterius oculos deflexerit, relictis que sunt in me-
dio. Siquidem ad nullum lapidem frequentius impingunt
librarij. Dubium non erat quin essent omissa & erant per-
pauca. Proinde nos ne hiaret lacuna, ex nostris latinis sup-
pleuimus græca. Quod ipsum tamẽ nolimus latere lecto-
rem: fassi in annotationibus quid a nobis esset factum: vt
si quid diffiderent verba nostra ab his quæ posuisset autor hu-
ius operis: lector nactus exemplar restitueret. Vides quod nul-
lus momenti sit quod *ἐκ τῶν γράφων* Leus. Et tamen hoc ip-
sum nõ eramus ausuri in Euangelijs, quod hic fecimus, ac
ne in epistolis quidem Apostolicis. Huius libri sermo sim-
plicissimus est, & argumẽtum fere historicum, ne quid di-
cam, de autore olim incerto. Postremo locus hic coronis
tantum est operis. Atque hic Leus ceu campum eximium
nactus, latissime expatiatur, perinde declamitans ac si pas-
sim græca restituissem ad latina, ac si quicquid in græcis co-
dicibus repperissem, ad id protinus nostra latina rasissem,
ac si quicquid vertimus a græcis illico suggillet nostram le-
ctionem, cum ego sic vetterim græca, vt iudicium lectori
faciam liberum, Imo vt ipse nõnunquam nostra preferam: nec
aliter velim credi græcis voluminibus, nisi cum aut res per
se est euidẽs, aut cõsentiunt vetusti latinorũ codices, aut asti-
pulant vni usque linguæ probati interpres. Hæc cum toties in-
culcarim, tamen Leus ad hæc oia surdus, suã canit cantilenã: vr-
gens me ridiculis dilẽmatis. Si græca inquit, bene habent, cur
emenantur? Sin male, cur tantopere tibi placet secundum ea
nostra mutare, reijcere, dãnare? Os impudens. Vbi corrigo
græca quæ bene habent? Aut vbi reijcio nostra, tantum ex græco-
rum lectione, si nihil accedat argumentorũ? An quod tria ver-
ba semel

L

ba semel

ba semel adieci, q̄ certum erat abesse, idcirco corrigo græcos
codices: Addit, alterū dilēma, non min⁹ bellū. Latini si
bene habēt, cur emēdant ad græcā fidē: Si male, cur ad eo-
rū fidē græcis addis: Vterq; syllogismus imaginat̄, sint depra-
uati, nec emēdatos, si q̄cūq; mēde resederit. Vbi castigat̄ a no-
bis latina cū bñ hñt: Aut qd̄ vetat libro fidere, cū careat vicio
etiā si alias nō abest oīno mēdū: An ideo pictor nō debet a
formoso corpore sumere exēplar, qd̄ alicubi verrucā aut
neuū habet: Quid si eodē dilēmate, colligā nullum oīno li-
brū eē castigādū aut certe nō legēdū: Si bñ habet, cur emē-
dat: Si male, cur legis, cur, cur illi fidis: Sin græci inqt̄ codi-
ces egēt admīniculo latinorū, Latini græcorū, erūt vtrūq; pa-
ri cōditiōne. Manebit igit̄ græcis sua lectio, nobis nostra.
Quid; an nō manet nobis nra lectio cū ipis etiā mēdis, toto
q; qd̄ aiūt, puluere: An ideo sublata ē nobis nra lectio, qd̄
mea versione declararim græci sermonis ignaris qd̄ græci
legāt: Deinde qd̄ q̄sō mētis hñt illa, q̄ subijcit Leo. Nisi tu
vn⁹ tātū audeas vt vtrūq; reducas ad cōsonatā, qd̄ nūq; au-
sus ē, siue is Origenes sit, siue Hieronym⁹, q̄ hoc de se p̄fite-
tur in Homilijs Origenicis, cū toties tester, me nec cōuel-
lere lectiōnē Ecclesiasticā, nec mihi sumere puīnciā desig-
nādī, vbi græcis fidēdū sit, vbi min⁹, sed hoc totū Romano
pōnifici seruē, quorū sum attinebat hęc effutire tā inania: imo
tā virulēta: Eiusdē ē, farine qd̄ sequitur. Tu dū vtrūq; ex alte-
ro restituis vtrūq; facis incertū, atq; eo incertū, q̄ nō oēs, scio
subscribēt tuo iudicio. Si iō vtrūq; incertū est, qm̄ neutrū
oīno vacat mēdis, null⁹ oīno liber nō erit incert⁹, cum nul-
lus omnino vacet mendis At qui fiat, vt oēs meo subscri-
bant iudicio, cū ipse clamē nolle quēq; fidere meo iudicio:
Hoc autoritatis seruātū est Leo, qui nusq; nō videt verum,
qui nusq; hallucinat̄. Sed audi vir⁹ Leicū. Ex inouatis inqt̄
codicib⁹ qd̄ piculi sit, nihil dico in p̄sentia, sed nimisq; timeo
ne periculū ex ipso piculo discam⁹. Ego cōtra puto rotū pe-
riculū esse metuēdū e furiosis capitib⁹, q̄rundā rabularū, q̄
turbati

turbari malūt totā rēpu. Christianā, q̄ cōmittere vt ipsi non
habeant in aliq̄ p̄cto. Ex meo studio qd̄ periculi sit nescio,
Certe sūmi viri, doctrina absolutivēq; sc̄tmonia p̄diti, ad
hęc dignitate p̄cellētes ingenue fatent̄ se ex meis lucubra
tionibus p̄multa didicisse, q̄ prius nō aiāduererat. Plurimi
fatent̄ sese ad studiū diuinārū l̄rarū icitatos fuisse. Atq; ho
rū qd̄ ijs dotibus p̄diti sunt, vt Leū vix dignū existimē, q
culinā illorū curet. Nō qd̄ Leū vsq; adeo cōtemnā, sed qd̄
illitantiū excellāt eximijis dotibus. Sed audī virus etiā viru
lentius. Antiqua ingt lectio etiāsi nō satis vbiq; gr̄eco respō
dēs, nullā nobis peperit h̄resim, nihil fouit schismatis, nul
lam hereticis ansam pr̄buit ad calūniā, semper exhibuit
sensum catholicū id sedulo agētibus interpretib; vt sensus
quadraret fidei, etiāsi gr̄ace non respondeat lectio. Non
opinor Leū tam stupidū quin intelligat doctis hęc visum
iri prorsus sine mēte dicta, cū sint odiosissime dicta. Sed fre
tus quorūdam stulticia, vesanoq; in bonas litteras odio, au
sus ē huiusmodi scribere. Atq; in his fluit illi, si superis pla
cet oīo. Dicas ad maledicentiā esse factū. Sed qd̄ ē hoc qd̄
ait Leus? An anteq̄ prodiret nouū testamentū a me recog
nitum, nullę extiterāt h̄ereses, nulla schismata? Et vnde hau
sit suū errorē Pelagiū? Vnde suā blasphemā Iulianus Au
gustus? Vnde Bohemi? Vnde Ioannes vniuersales, cūq; his
numerabiles aliq;? Hī certe gr̄ace nesciūt, nec aliā norūt in
terpretationē, q̄ veterem. Sed vnde extiterunt gr̄acorū h̄e
reses? An ex lectiois varietate? Nequaq; sed ex diuersa in
terpretatione. Sed nihil v̄tat interpretationē esse diuersam,
cum eadē sit lectio. Nos, quod sepius iterandum est, lectio
nem ecclesiasticam nō cōuellimus, iam ostendat Leus vnū
locū ex his, q̄ nos annotauimus discrepare a n̄ra lectione,
vnde nata sit h̄eresis, vñ natū sit schisma, vnde prebita sit here
tics ansa calūnandi fidē catholicā. Fingat me Leus alicu
bi miscere scholijs meis, qd̄ dissonat a vero, an ideo incusā
da ē varia lectio, si ego labor alicubi? Hieronymus alicubi
errat.

errat in his quæ sunt fidei catholice. An hoc imputandū est
ab illo variatę lectioni? Quas autē hæreses, quæ schismata
mihi narrat Leus? An Captionē taxat his verbis? Atqui
eum alias appellat parētem omnis virtutis An Lutherū?
Quin in hunc igitur stringit eloquentiæ suæ mucronem?
An lapsus sit alicubi Lutherus, nec est Lei, nec est meum
pronuciare. Vir is mihi videtur magnis dotibus præditus
Et tamen si quid errat, nō hausit hoc ex varia lectione. An
Fabrum notat? Illius viri tanta est apud omnes reuerentia
vel ob caniciem, vel ob virę sanctimoniam, vel ob tot vigi-
lias in publicam vtilitatem defudatas, vt nullus adhuc illi
impegerit hæresim. Superest igitur Erasmus in quē ista ia-
ci videantur. Verum cum toto hoc libro summis viribus
Leus sit adnixus, vt omnia verteret in hæresim, etiam quæ
sunt optime dicta, tamen nihil adhuc successit, imo dum
me conatur hæretici dogmatis autorem facere, ipse qualē
se declararit, non proloquar, tacitus apud se lector intelli-
git, quid velim. An schisma putat esse Leus, quod cum tot
egregij proceres ecclesiæ, magnis studijs complectantur
laborem meum, quem exhausti in nouo testamento restituo
endo, pauci quidam rabulæ, commotifini: vel quod no-
lint videri, quicq; nescire, vel quod ob stoliditatem animi,
putent esse hæreticum, quicquid ipsi nesciunt, vel quod ob
odium erga bonas litteras, auctoris odio damnent, etiā quæ
recta sunt? Si qd hic est tumultus, ijs imputetur, q; seditiose
vociferantur apud populum indoctum, esse qui corrigat
pater noster, qui corrigat magnificat, qui corrigat Euāge-
lium sancti Ioannis, qui subuertat auctoritatem scripturæ, q;
hæreses & antichristos miscent vbiq; cum negocio bona-
rum litterarū, qui hæc decantant in conuiuijs, in plaustris,
in nauibus, in conciliabulis, qui hæc insufurrant in secretis
confessionibus, blaterantes adeo stolidi, vt rideantur etiā
ab idiotis, & a mulierculis paulo cordatioribus. Isti, quod
quidem in ipsis est, concitant schismata, Qui tales scribunt
libellos

libellos qualis hic est Lei, seditionū antores sunt, non ego
qui quod possum communico, iudicium ecclesiae deferēs.
Sed nōdum rixae finis. Miratur me, quem vel hic praesens
locus non deterruerit ab audendo, quod ausus sum. Ridi-
culum. Respondeat mihi quaeso Leus, si in codice quem
emisset, aut describendum curasset, deprehēderet a Typo-
graphis aut scribis aliquid omissum, an illum deterreret hec
lex, ne quod esset praetermissum adderet? Quod si deesset
latini codicis copia, & tamen sciret addendum, an tantis-
per vereretur addere ex graeco, donec latini codicis copia
contingeret. Et cur me lex hec debebat deterrere, ne quid
adderem aut diminuerem? Non addit, qui sarcit, quod de-
est. Imo diminuissem, ni addidissem quod cōstabat abesse
Vides lector, q̄ de nihili re, quam atrocem tragœdiam sus-
citarit Leus. Atq; haecenus ad primum librum Lei, satis
arbitror responsum, vt ex tempore licuit. Nunc ad secun-
dum illius librum accingar, in quo cōgessit, xxv. nouas an-
notationes, vt existimemus in illis prioribus nihil esse po-
situm ex posteriore editione nostra, cum ipse locis aliquot
sefe prodar. Sed quorsum opus erat haec separare, cum op^a
aderetur iam posteriori volumine pene sesquianum pub-
licato? Nisi forte nouas appellat, quod illi aliunde aduola-
rint, id quod ego de plarisq; verum esse non dubito

Porro quoniam videbat esse per paucas, tres

indices fecit huius voluminis initi-

um, videlicet caput apte

congruens hu

ic corpo-

ri

RESPONSIO

AD ANNOTATIONES LEI
NOVAS

AD PRIMAM.

Matthaei. ij.



Tu bethlehem. Quoniam hic se torquet Diuus Hieronymus, proposueram duas rationes, quibus utcumque poterat explicari quæstionis difficultas, sed ita proposueram, ut nihil adfirmarem, testans me tantum lectori dante, cogitandi, commētandi, quæ materiam. Vna est, ut accipiamus per Hyperbolen dictū Nequaquæ es minima in milibus Iuda, hoc est, in nullo es numero. Itaque idē erit sensus apud Euangelistā q̄ negat esse minimā: & apud prophetā, q̄ dicit esse minimā. Hæc ratio nem non taxat Leus, alteram taxat. Ea est huiusmodi ut accipiamus sic prophetiæ verba recitari ab Euangelista ut in medio sermone de suo non nihil admisceat ad rem præsentem & sui temporis accommodans verba prophetæ, qui sua tempora respiciens, dixerit. Parvulus es in milibus Iuda, cum id temporis adhuc esset viculus obscurus ac neglectus Euangelista respexerit ad sua tempora. Nunc nequaquæ es minima in principibus Iuda, cum tali prole facta nobilis. Hic offendit Leum, quod cum hac interpretatione parum coheret, quod sequitur. Ex te enim egredietur dux. Si totus sermo cohereret, cur dixissem in medio sermone, subito Euangelistam alio respexisse. Cum diceret: Nequa-

Nequaquam minima, respexit ad rem præteritam, cum ad-
dit, Ex te enim egredietur, redijt ad tēpora prophetae. Iam
non postulo multum tribui meae coniecturae. Tantum vo-
lui refellere, quod objicit Leus. Addit rationem terciam,
qua possit explicari nodus huius quaestionis. Eam in præ-
sentia nec est consilium refellere nec approbare.

AD II.

AD duriciem. Inter alia quæ illic adfero, sermonem *Matth. xix.*
hunc admisceo. Porro quod hodie passim in scholis
dicuntur, solo cōsensu contrahi matrimonium, Vtinā tam
probatum esset, quæ receptum est. Leus non videt quid pos-
set præterea regi ad legitimū matrimoniū, si modo accedant
verba præsentis tēporis, & addit cauillū sane lepidū, nisi ve-
lit etiā oracula cōsuli. Quid igitur requirebatur apud græ-
cos, apud Romanos, apud Iudæos tot sæculis? Nimirū pa-
tentum aut tutorum assensus. Et fortassis idem expediret
his quoque temporibus observari. Non haberemus tot con-
iugia male conglutinata per stultos adulescentes, per vi-
num, per lenas ac lenones. Quis autem veterum meminit
verborum de præsentis? Quis dixit contractum factum per
verba de futuro, verti in verba de præsentis si succedat coi-
tus? Quis veterum distinxit matrimonium ratum, a con-
summato? Quis dixit matrimonium ratum quidem, at nō
consummatum dirimi per ingressum religionis? An non
hæc omnia iureconsultorum verba sunt, & quidem recen-
tium. Hæc sunt quæ illic subindicaram optare me perinde
esse probata, vt sunt recepta.

AD III.

TAbitha cumi. Admonueram Tabitha non simpliciter *Marci. v.*
esse respice, sed attolle oculos, vt hebraica vox ha-
beat vim duarū, id Leus nō negat cū interpretetur facies
respicere aut fac respicias, & tamē quod illic addidimus de
hebraea voce, addidimus ex consilio Ioānis Oecolampadij
cui plus tribuendum arbitror in his litteris quā Leus aliquot,
Ad

ADaperiens vuluam. Nō erat satis Leo, quod semel ineptisset de semine masculino, repetit eandē fabulam. Mihi inquit non bene sonat, quod spiritus sanctus illapsum dicatur in vtero virginis vice seminis masculini. Siquidem vt illic nullū erat masculinū semē, sic nec quicq̄ ibi vice masculini seminis. At in secundo libro docui bene sonare auribus ecclesie, quod male sonat auribus Lei, quæ canit nō ex virili semine sed mystico spiramine. Cū idem factum sit in vtero virginis, quod solet in alijs grauidis, qd̄ quod illud effecit: Nimirū spiritus sanctus opifex illius cōceptus. At non fuit ibi semen masculinū, tanto magis fuit aliud quod effecerit idē, qd̄ in alijs efficit vis seminis masculini. Negat ex verbis Origenis colligi, quod dico. Imo cū dicat, audeo quid loqui, q̄a in eo quod scriptū est, spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit te, principiū seminis & cōceptus fuerit, & sine vuluæ refectione, nouus in vtero foetus adoleuerit. Cū negat vuluā apertam, cū dicit spiritū sanctū superuenisse, & ita fuisse principium seminis in vtero, nonne satis declarat spiritū sanctū fuisse quodāmodo actū & formā illius cōceptus ac foetus?

AD. V.

QVI vos spernit, me spernit. Admonuerā quod hūc locum detorqueamus ad nostrā tyrānidem, & vt vtriq̄ nostrū officij meminerimus, populus vt obrēperet, Sacerdotes vt doceant digna Christo. Leus occidit mihi, super Cathedrā Moysi sederunt, q̄ dicūt facite. At de iisdem alias dixit Christus suis discipulis. Sinite illos, cæci sunt duces cæcorū. Porro malis principibus obrēperandū & alias frequenter admoneo, modo p̄cipiant honesta, aut certe ea quæ licet iniqua sint, tamen nos nō reddant impios, licet reddant afflictos. Verū si Episcopus doceat ea, q̄ pugnant cū doctrina Christi, num me vis obrēperare? Super Cathedram Moysi sedent qui docent ea q̄ docuit Moses, Audiē dos cæcōs

dos censet illos, qui docebat honesta, tametsi male viueret
Idē etiā nos docem⁹, Tyrānidē appellauī, si q̄s sua doceat,
non q̄sunt Christi. Et ad hęc nos vi cogat, cū p̄suadere non
possit. O gratis ānotatio. Vrinā huius generis nō essent tā
multi; vt videar qd̄ admonui, frustra monuisse,

AD. VI.

Luca. xi.

Quod superest. Admoneo cū sit facta mentio rapinę
in remedio, nō fieri mētionē restitutionis. Hoc Le
us sic interpretat̄, quasi significarim nō exigī restitutionem
Mihī vero vehemēter placet restitutio, adeo vt q̄ mala lin
gua ledunt famā proximi, velim adigī ad restitutionem.
Nunc qui vrgēt restitutionē rei mille modis, hic sibi suauī
ter ignoscūt. In causa est, qd̄ illinc sit lucri affatim; Hinc ni
hil cōpendij. Et tamen hanc sententiā nō admodū probo in
his quę sequūt̄. Eam laudē sibi vindicat Leus. Caterum
inquit vt aliqd̄ dicā meo sensu nihil tamen affirmans, vide
tur mihi hic loc⁹ τὴν ἐργασίαν sapere. Perinde ac si sensus esset
Vos arbitramini datis eleemosynis, aboleri omnia pec
cata. Placete; vobis ea opinione, quasi innueret eos lon
ge errare. Hactenus Leisermo. Nunc mihi vide lector, an
nō eadem prior scripserim Verba mea sic habent, anceps
est, vtrum δότε sit date an datis. Iuxta priorem lectionē sen
sus erit, existimatis vos data eleemosyna liberari ab omni
rapina, si paulum ex ea contuleritis in pauperes, Iuxta po
steriorem lectionem sensus manifestus est. Sed tamen hęc
adhortatio duriuscule coheret, cum his quę precedunt ac
sequuntur, quę magis exprobrationem habēt, q̄ admoni
tionem. Alioqui qui conuenit, vt quos modo fecerit tam
scelerosos, subito data Eleemosyna velit vsquequaq̄ mun
dos videri: His dissimulatis Leus cōmentum adducit de
suo. Miror autem, q̄re maluerit dicere τὴν ἐργασίαν q̄ ἐργασίαν
cum alias non admodum faueat articulis.

AD. VII.

M

Sed nunc

Lucę. xxij.

Sed nunc qui habet sacculū. Cum tot argumētis, tot au-
toribus, demonstrē locum de gladijs ad allegoriā esse
trahendū, eamq; rem proluxa disputatione prosequar:
Le^o paucula quedā verbula decerpit, q̄ arrodat, Taxas in-
quit Augustinū. Imo cū multo honoris p̄fatione ab eo dif-
sentio, lege locū q̄ voles & ita cōperies. Nec tamen Leus
refellit mea, tantū inculcat, quæ interpretatus est Augusti-
nus. Addit Bernardū eiusdem fuisse sententiæ, quasi nesciā
huiusmodi cōmentis plena esse oīa. Nec enim hic arbitror
Petrū gessisse typū Romani pontificis, sed totius ecclesiæ
Christianæ. Nec ideo bellū vetuit Christus, si suorum ani-
mis exemit vindictæ cupiditatē. Nec ideo nō est permittū
Christianis iustis de causis bellū gerere, si hoc non docuit
Christus in Euāgelio. q̄ nec hoc docuit, vt pecuniam a de-
bitore legibus extorq̄amus.

Ioan. I.

EX ingenti verborū aceruo decerpit Leus, qd̄ conuel-
leret, id est huiusmodi. Quoties significatur verus il-
le ac solus deus, semper additur articulus. Hæc verba tā pe-
riculosa Leus testatur, & in priore additione haberi, cum ta-
mē nihil annotarit opinor mihi parcens. Sed præstitisset, si
nunc quoq; supersedisset huius rei meminisse. Melius cō-
sulisset suo nomini, & de articulis de quibus nihil intelli-
git, plus satis erat illi deliratum in superioribus. Deum hic
accipio pro summo illo deo, cuius vocabulum tres perso-
nas complectitur. Ad quas tamē hic non confertur, sed ad
falsos deos, qui tamen dij dicuntur. Coeterum inquit, si per
solum ac verum deum intelligas patrem, nec filius nec
spiritus sanctus erit solus ille ac verus deus. Sin naturā, quā
do non negabis & verbum & spiritum sanctū esse solum
illum ac verum deum, nō absurdū fuerit dici ^{ὁ πατὴρ ἢ ὁ λόγος}
Quod tamen ipse non admittis. Nam dicitis articulo addito
significari patrem Ohe, quoties audiam eadem. Quid fa-
ciā isti, qui nec discere vult, nec docere potest. Quoties di-
cam non consequi, vt si illic additus articulus significat pa-
trem

trem, ideo quoties additur, significare patrem. Id licet intel-
ligere ex his q̄ mox sequuntur. Et deus erat verbū. Hoc loco
deō nō addit̄ articulus, cū tñ vere ac natura deū significet.
Atq; hic reddo causam cur eo loco nō possit addi. Nec eni
ideo nō addi, quod filius nō sit verus deus, sed qđ natura tri-
buatur filio, q̄ per articulū nō poterat hic tribui. Quē ad mo-
dum iam ante prolixo sermone demonstraui. Etiam si
abunde explicuim⁹ in posteriore æditione. Nec adhuc vi-
det̄ Leus absurde dici atq; impie, ^{ὁ θεός ἢ ὁ λόγος} hoc sane lo-
co. An putabat se non satis ridiculū fore doctis, nisi hæc to-
ties inculcasset?

AD. IX

Quadragesima sexānis. Nō taxo diuū Augustinū, qđ
suo more dicit̄ Le⁹, sed demiror illū, q̄ in hebraicæ
vocis elemētis reppererit numerū quadragesimæ: cū ea ratio
non cōsentiat nisi apud græcos. Le⁹ dicit̄ idē significari he-
breis. Quod si verū est, nihil aduersum me facit. Nec enim
negavi apud hebræos non esse, cū scripserim: fortassis esset
nō nihil, si iisdem litteris apud hebræos hic numerus signare-
tur. Et tamen suspicor quod habent hæbrei, si tamen habēt
a græcis imitatos eē. Quē Augustinus nō ab hæbreis, sed
a græcis petijt hui⁹ nūeri rationē.

AD. X.

Non eni ad mēsurā dat de⁹ sp̄m. Cū sc̄sus sit, nō eni dat
filio sp̄m ad mēsurā, tñ p̄nomē omisit Euāgelista
& hunc sequit⁹ noster interpres. Ego qđ sermo foret diluci-
dior de meo addidi in vertendo. dūtaxat nō in græco. Hic
rursus Le⁹ meo me telo pcutit. In pximo inqt̄ capite, mira-
ris vnde irrepserit nomē, mediā, cū in vetustis latinis & gre-
cis codicib⁹ nihil aliud sit, q̄ per Samariā. Sic hic mirabitur
lector, vñ irrepserit p̄nomē illi, qđ tu addidisti. Atq; nō est
sillis ratio. Nā illic & sensus & sermo sat cōmode habebat, si
legeremus id qđ hñt emē dati codices. Hic erat qđ offende-
ret, & sensui deesse videret. Nec ē piculū ne qs admiraretur
vñ irrepserit p̄nomē, cū ip̄e tester a me additū, & cām red-
dā, cur addideri. Postremo qđ ego hic facio, nō raro alias fa-
cit interpres

Ioan. ij.

Ioan. iij.

Ioan. viij

AD XI.

PRincipiūq; & loquor vobis. Hic me taxat quod mu-
tarim ecclesiasticā lectionem, ac venterim in primis,
quod & loquor vobis, diuerso prorsus sensu, vt ipsi videf,
cū demonstrarim nostros codices hic non carere in endo,
Cum demōstrarim mihi nō probari sensum quē hic quidā
inducūt, cum ostēderim apud græcos etiā variare nō nihil
lectionē, sequutus sum eam, quæ mihi præ cæteris proba-
batur, sequutus sum eū sensum, quē video placuisse Chry-
sostomo. Si πῶς ἀρχῆς significat pricipio aut omnino, & si le-
gas ὅτι λαλῶ ὑμῖν, qui potuit aliter reddi, q̄ in primis quod
& loquor vobis, Cū sit sensus, inter alia, vel potissimū illud
vobis cedit in cumulum impietatis, quod loquor vobis,
Quod ni facerem, leuius eratis damnandi.

AD XII.

Ioan. xvij.

TE solum verū deū adiecerā hoc loco. Hic locus præ-
cerēt solum patrē esse vere ac proprie deū, haud scio an hoc
sentientes, quod nostri Theologi nō negāt, solū eū esse prin-
cipiū diuinitatis. Atq; hic Leus cum alias sit tam iniquus
Arianis, haud scio quo cōsilio videtur illos subleuare, nimi-
rum odio mei. Proinde puto futurū, vt si post hac scribam
acrius in Arianos, Leus sit illis patrocinator. Ait Arianos
nobiscū fateri Christū verū ac perfectū deum, nihil obstan-
te solitudinis vocabulo, nec hunc locū illis præbuisse ansam
erroris. Idq; satis liquere ex disputatione Augustini cum
maximino Arianorū episcopo, cuius professionē adducit
ex eo libro. Atqui in his verbis quæ recitat Leus, audio ve-
rum filiū, audio perfectū filium, audio sapientē, audio po-
tentem, vere proprieq; deum nō audio. Iam fieri potest, vt
quēadmodū stoici nō per omnia consentiūt inter sese, Sūt
em̄ qui nō recipiūt ἀπεθῆσθαι, nec Academicorū omnīū eadē
est sentētia, ita nō idem per oīa sentiāt omnes Ariani. Fieri
potest vt Maximinus illic dissimularit aliquā partē opinio-
nis

nis suae. Mihi satis est, quod Hilarius libro de trinitate quat-
to, profert & hunc locū, vnde Ariani supserint erradi semi-
nariū. Cuius inter alia verba sunt haec. Dū Ariani intelligūt
solum patrē verum deū, solam iustū, solū sapientē, a cōmu-
nitione horū, secundū hos filius separatur. Soli em̄ vt aiunt
propria, nō participātur ab altero, que si in patre solo, & nō
in filio existimabūtur: necesse est vt filius deus falsus, & in-
sapiēs esse credatur. Nisi forte Leus dicet Hilariū calūniari
Arianos, cū hæc scribit. Quin & Chrysostomus hūc enar-
rans locum rejicit Arianorū interpretationē, qui sic volebāt
patrē solū esse verū deū, vt negarēt in filiū aut spiritū san-
ctum cōpetere. Alio qui quos proferet Leus hæreticos, q-
falsi sint filiū dei deū fuisse, sed deum verum fuisse negent.
Erant qui negarēt hoīem, erant qui negarēt deū, hoc Aria-
norum fuit cōmentū, id quod in dialogo aduersus Lucife-
rianos. Arianus inqt, cū nihil aliud crediderit, nisi in patre
solo vero deo, & in Iesu Christo &c. Item ibidē. Aut edo-
ctus ab Arianis, vnū esse verū deū patrē, filiū & spiritū san-
ctum credidit creaturas. Hæc satis esse videntur, ad depellē-
dū crimen, quod intēdit Leus, me calūnijs agere aduersus
Arianos, quando quidem hoc ipsum quod hic dicit, & ali-
as infulsit.

AD XIII.

Ioan, xvij.

Quod obiter adiecerā in annotatione, Nec impium
puto si quis dixerit patrē solum esse verū deum, id
est solum principū deitatis, Leus vt donet hoc nō esse im-
pium, cōfirmat tamen fore ineptū si quis interpretetur. Nā
quis inquit Adams solum hominem dixerit, quod solus sit
principium humani generis. Hoc quod hic assumit Leus,
iam ante sum illi largitus, disputādi gratia dūtaxat. Nec co-
nabor admodū reposcere quod dedi. At ne putet Leus ni-
hil nobis esse quod hic respondeamus, adducā illud, quod
sanctus Hilarius singulis personis, suam tribuēs proprie-
tatem, Aeternitas est inquit in patre, species est in imagine,
vltus in munere, videlicet sentiens in solum patrem proprie-
cōpete

competere vocabulum aeterni. Quod dico, ne cui dabitur
videatur, ascribam Augustini verba, quibus locum hunc
explanat libr. de Trinitate, vi. cap. x. Quidam inquit, cum vel
let breuissime singularium in trinitate personarum in sinuare pro-
pria, Aeternitas est inquit in patre, species in imagine, usus
in munere. Et quia non mediocri autoritatis in tractatione
scripturarum, & assertione fidei vir extitit, haec enim Hilarius
in libris suis posuit; horum verborum abditam scrutans intelli-
gentiam, quantum valeo, non eum sequutum arbitror in aeternitatis
vocabulo, nisi quod pater non habet patrem, de quo sit, filius
autem de patre est, ut sit, atque ut illi coeternus sit. Haec tenus Au-
gustinus, Eandem sententiam habet Hilarius libr. ij. sed ver-
bis non nihil diuersis, infinitas inquit, in aeterno, species in ima-
gine, usus in munere, Eternitas nomen est absolutum & in Au-
gustinus Hilarium sequutus, haec proprie tribuit patri, non ob ali-
ud nisi quod pater ratione quadam peculiari, maximeque propria
potest intelligi aeternus, quam filius non sit aeternus. Quae admo-
dum & ante ex Ambrosij Chrysostomi sententia demon-
strauimus solum patrem vocari immortalē, inuisibilem, sapiētem,
quod solus a nullo accipiat, ut sit immortalis, inuisibilis, sapiēs,
sed harum rerum alius sit fons. Haec si recipimus, quod uerum est &
patrem, ideo solum appellari uerum deum, quod peculiari quadam
ratione, competat in illum dei uocabulum, qua non competit in fi-
lium, aut spiritum sanctum. Sic enim ille deus est, ut alius sit fons
& autor deitatis. Porro quod obiicit Leus de Adam, quem
inepte dixeris solum esse hominem, quod solus sit principium hu-
mani generis, etiam si hoc disputandi gratia dedimus, tamen
non est usquequaque simile. Primum, quia non sic est princi-
pium humani generis Adam, quod primum hominum cre-
atus sit, ut pater est caeteris personis principium deitatis, Deus
de dei uocabulum, non caret omni ratione relatiua, cum
nomen sit excellentiae. Unde & vulgo insignes homines
deos dicimus. Et addimus deus Iudaeorum, deus omnium
quali dicas principem omnium. Certe sanctus Hilarius,
non

non veretur patri tribuere præminentiam, quem fatetur fi-
lio maiorem autoritate, sed ita vt filius non sit minor cum
pater illi det vt sit equalis.

AD XIII.

Admoneram compluribus verbis non recte face- Ioan. xx.
re sacerdotes quosdam, & episcopos, qui ex verbis
Christi decerperent que facerent ad fastum ac Tyrannidē,
relicta parte, qua cōmonefiunt officij sui. Quorum remi-
seritis peccata, nunq̄ non habemus in ore. Verum illius qd̄
precedit, Accipite spiritum sanctum, nulla mentio. Id Le-
us satis approbat, Verum inquit, si, quod quidam hæretici
opinati sunt, arbitretur irritam esse flagitiosis sacerdotibus
hanc potestatem, ecclesia hanc opinionem execratur, & dā-
nat. Sed quid opus erat hoc suspicari Leum, quod ex meis
verbis nullo modo potest colligi: Q; q̄ Gratianus parte. ij
causa. i. q. i. multa refert ex Orthodoxis autoribus, quæ nisi
in alium sensum detorqueantē prorsus hoc sonāt quod here-
tici qdam senserūt. Mihi tamē placet Augustini similitudo
cui semē ignobili aut imunda manu iactū in terrā tamē pro-
uenit, cui aqua, per cānalem inducta in hortū, fecunditatem
adfert, cū ipse Cānalis, nihil aliud q̄ corrūparur. Nec vsq̄ vl-
lam dedī significationē mihi diuersam esse sententiā. Cate-
rum q̄ magis detestamur hereticorū opinionē, hoc impēsi-
us nobis curandū, ne nostra vita p̄beat illis ansam errandi.

IN ACTA.

AD XV.

Confitētes & annūciātes actus suos. In hūc locū anno Acto. xix.
taram quiddā his verbis, vel hinc colligi potest, fuisse
& antiquus nōnullā confessionē male actæ vitæ, sed aptam
opinor, & in genere, quā nec ipsam legimus exactā abs-
q̄piam. Ceteræ que nūc recepta est clācularia, & in aurē sit,
videt̄ ex cōsultatiōibus priuatis esse nata, q̄ solēt apud epi-
scopos fieri, si q̄ scrupulus vrgeret aīm/ Leus existimat tū
verius, tū etiā tuus sibi videri, dei autoritate fateri p̄ceptū,
sic cōfiteri, Ac

Atq; ego sane, quod Deus ait esse tutius, nihil illi repugno
Sed utrū verius sit, mihi nondū satis liquet, presertim cū ad-
dat sic cōfiteri. Neq; eīm negari pōt, quin qdā ab hoīb⁹ sint
instituta circa cōfessionē, veluti de tpe cōfiteđi, de sacer-
dote idoneo, aut nō idoneo, de casibus referuatis, aut non
referuatis, de forma absolutiōis. Nam hęc oīa cōplectitur
aduerbium sic. Deinde qđ instituit ecclesia, autore spiritu
sancto, nōne deus instituit? Eteīm dogma scholasticū, quo
dicunt nullū sacramētū posse institui ab ecclesia, vt nolim
impugnare, ita non video, quid referat, utrū Christus ipse
instituerit oīa sacramenta, an qđdam instituta sint ab ecclesia
sed autore spiritu Christi. Nō legim⁹ Christū instituisse le-
cretam confessionē, & tamen isti credunt, quod non lege-
runt, & ego credo quod instituit ecclesia, quod approbat
publicus cōsensus a spiritu Christi, & per hūc ab ipō Chri-
sto nobis traditū, Neq; secus obseruandū qđ si Christus ipse
tradidisset. Sed cum versemur in negotio fidei, mirū est qđ
consilio Deus separaret totū a vero, quasi quod verissimū
est, nō idem debeat esse tutissimū. Certe stoici nō seiungūt
vile ab honesto. Deinde quid sensit cū dixit hoc esse verū?
An vero est aliqd verius? Si verū est hanc cōfessionem ab
hoīb⁹ institutā fuisse, quō verius est a Christo fuisse tractā-
tam? An verius esse potest, quod verū non est? Neq; enim
utrūq; potest esse verum, cum inter se pugnēt ex diame-
tro, quod aiunt, a Christo non fuisse institutam, sed ab ho-
minibus, et a deo fuisse institutam. Fortasse Le⁹ quod ve-
rius dixit, sensit esse verissimilius. Cæterū ad argumenta qui-
bus mecū agit Deus nō est cōsiliū in presentia iusto stu-
dio respondere, quod malim parū ingeniosus videri, qđ vel
cū meo periculo, vel cum aliorum offendiculo disertus &
acutus. Tantū illud dicā, non esse nobis magnopere me-
tuendū, ne aboleatur hęc consuetudo cōfiteđi, siue iuris
diuini sit, siue humani. Et si per ecclesiā autore spiritus sancto
aboleatur, aut mutetur, quod est eadē ratione institutū, qđ
fuerit.

fuerit periculi, est abolitum sit, quod per apostolorum prin-
cipem in Synodo, afflatu sancti spiritus fuit institutum, de non
vescendo suffocato, & sanguine. Dicet aliquis, Hoc erat ad
tempus institutum. Sic interpretamur, & vere, sicut opinor. At
quid prohibeat, & hic simile adferre interpretationem: Nam
Leus ingentem incommodum aceruum congerit, nisi fateamur con-
fessionem esse a Christo institutam. Si nullum inquit aliud ha-
bet robur haec clancularia confessio, nisi ex hominum decreto
posset diffuetudine aboleri, ut caetera iura quae appellantur
positiua. Posset etiam pontifex sua autoritate tollere istiusmo-
di confitendi legem. Itaque consequenter irritari auctori-
tatem apostolicam ligandi, & soluendi saltem in occultis peccatis. Nam si
nemo sua potestate, potest sacerdoti, quo pacto soluetur: Quis se
arbitrum facit eorum, quae ignorat: At secretum quod possit scire sa-
cerdos, nisi proditum a peccatore: Mihi inquit tum verius, tum
tutius videtur, dei auctoritate fateri preceptum sic confiteri. Alioquin
quo iam abiit illud ex lege. Ite & ostendite vos sacerdoti-
bus. Et quo euauit auctoritas sacerdotibus Moisaicis data,
ut discernent inter lepra, & lepra, causam & causam san-
guinem & sanguinem: Et bonus pastor, quo pacto agnoscat
vultum pecoris sui, aut quo pacto solidabit quod confractum est
si quod confractum est, nesciat: Haec cura sacerdotibus lege
dei committitur. Lex dei praecipit, ut agnoscat vultum pecoris sui.
Igitur & lex dei omnibus praecipit, ut personam exuant, quod vultus
possit agnosci. Ostendant se sacerdotibus, si velint discer-
ni suam lepra. Et cum haec lepra intus sit, intrinseca oportet pecto-
ris aperiant, qui lepra infecti sunt. Quod si quid vel mini-
mum lepra celauerit, illud sacerdos cum non discernat, non dum est
liberatus, qui lepra patitur. Maneat igitur, iubet lex extra ca-
stra imundus. Haec autem in figura facta fuisse nostri, monet
apostolus. Haec tenus Lei disputationem recessimus ut intel-
ligas lector hunc esse, qui solus Scoti starum acumen, cum eloquente
attica coniunxerit. Atque hic sic agit, quasi minimum ponderis
habeat, quod auctoritas ecclesiae statuit, quod publicus con-
sensus &

sensus & vsus approbatit, cū Augustin⁹ testetur se hoc ip-
sum tribuere ecclesie auctoritati, quod credat Euangelio. Si
Leus sentit hanc confessionem, hanc confitēdi rationē cū
adiūctis circūstantijs, quid obliterit quo minus possit abo-
leri, si id sit ex vsu Christiane religionis? Si verū est quod p-
cipui nominis autores sensisse vidētur ante nos, Confessio-
nem clanculariā simpliciter esse iuris positiuū, quid p̄digij
sit, si quis dicat cōfitendi legem per pontificē Romanum
tollī posse? Qui maxime volūt confessionem esse iuris di-
uini, fatentur nos non obligari ad confitendum, nisi semel
in vita. Id pontificum auctoritas astringit, ad annuā cōfessio-
nem, per. C. Omnis vtriusq; sexus. Nonne qui sic astringit
posset relaxare, & pristino loco restituere? Id si fiat, rogo
quantulum supererit, de onere confitendi? Non enim hic
adducam fuisse, qui tradiderint, pontificem ex certis causis
posse dispensare contra ea, quę nouo testamēto nobis sunt
tradita, sic vt & Euangelia cōplectaris. Quod si verum est
nec absurdū fuerit, si pontifex ex causis legitimis, ac ratio-
bus idoneis, abroget confitēdi legem, etiam si sit a Christo
instituta. Atq; hęc dixerim non ex animi mei sententia, sed
ex illorum opinione, qui cum talia scripserint tamen hactē-
nus, vt orthodoxi leguntur. Nam horum opinio mihi cer-
te non admodum probatur, vel ob hoc ipsum, quod ingēs
periculum sit, vni homini tantam cōmittere potestātē. Nam
si contingat vt aboleatur hęc confitendi necessitas, non cō-
tinuo fiet irrita potestas apostolica soluendi, atq; ligandi,
Supererit enim auctoritas excōmunicandi & absoluendi,
qua vsus est Paulus in eum, qui habuit vxorem patris. Su-
pererit potestas absoluendi eos, qui se ingenue fatentē esse
peccatores, qualis est absolutio quę dari solet apud Italos
in sacris, apud nos post publicam cōcionem. Postremo su-
pererit ea quę fuit apud veteres, qui confessos in genere,
nōnunq; arcebant a cōmunionē, & ad eam denuo recipie-
bant, Indicebant satisfactionem, & eam si visum fuisset au-
gebant,

gebant, aut relaxabant. At Leus negat absolui posse peccatorem, nisi prodiderit sua peccata. Id si perpetuo verū est, quomodo condonantur peccata per baptismū etiam non cōfessis? Aut per manuum impositionem post baptismū. Quomodo nunc absolunt etiam ab ijs, quæ sit oblitus is qui confitetur? Si remitti non potest nisi quod proditur sacerdoti nominatim, manebunt nobis omnia q̄ fugere memoriam nostram. An creditor, non potest condonare debitū, nisi debitor singulas summe partes quas debet annumeret? Non enim adducam hic fabulam de S. Aegidio, q̄ peccatum quod Carolus cōfiteri noluit, ex angelo cognitum, remisit. Nec ad rē facit, quod addit Leus. Quis se arbitrum facit eorum quæ ignorat? Aliud est enim sacerdotem esse aliud arbitrum. Arbitrarius, nisi cause statum cognoverit, quid pronunciabit? Nec cōsiliū idoneum dabit sacerdos, nisi negotio cognito. At aliud est absolere, aliud consulere. Sacerdos autoritate, qua p̄ditus ē cōdonat etiā illa q̄ nō iudicat, mō q̄ cōfiteat̄ intelligat qd̄ dicat. Quid autē interest, iter eū, q̄ nescit, qd̄ admissū sit, & eū q̄ qd̄ admissū est, q̄le sit, non intelligit? Sed ridiculū etiā qd̄ adijcit. Ite & ostendite vos sacerdotibus? An putat his verbis institutam esse confitendi legem? Quis vnq̄ alicuius rei Theologus hoc prodidit? An idem est ostendite vos sacerdotibus & confitemini sacerdotibus? Nec obscurum est, quo consilio Christus iusserit eos adire sacerdotes, nimirum, vt confirmaret apud omnes miraculi fidem. A sacerdotibus erāt iudicati leprosi. Morbus habebatur vt est, insanabilis. Eo remittit illos, vt ijsdem iudicibus probarentur sani, quibus iudicati fuerant leprosi. Quod si quis hoc ad allegoriam torquet, primum violenter, hoc est preter veterum exemplū faciet, deinde nō sat habet allegoria ponderis ad p̄bandum ecclesie sacramentum. Alioquin quicq̄ morborum Christus ademit egrotis, Imo qd̄ sanauit daemónicos, qd̄ excitauit mortuos, debebat ad cōfessionis typū referri.

At Duran

At Durandus libro. iij. dist. xvi. q. viij. figurā & vmbra ad
ducens confessionis huius ex vetere testamento, nō memi-
nit lepræ, sed holocaustomatū, quæ offerebantur pro pec-
catis. Verū his etiā absurdus est qd sequitur, q̄ euauit au-
toritas sacerdotibus data, vt decernerēt inter leprā & leprā.
& c. Quid? an Leus moleste fert, Mosaicæ legis sacerdo-
tium euauisse? Quin eadem opera quarit, cur non ma-
ctantur pecudes, cur non seruantur sabbatismi, cur non de-
lectus ciborum, cur non dantur sacerdotibus vxores? Ni-
mirum audiet, quia finis legis Christus, & translato sacer-
dotio, necesse est, legis quoq; translationē fieri. Rursus hic
Leus ad figuram confugiet, At ego nego figuram in re-
ti momenti, satis habere ponderis, presentim quum veteres
& in his Augustinus, lepram interpretentur heresim, non
quoduis animi vicium. Adde, quod nec figura satis qua-
drat ad rem nostram. Sit lepra quoduis peccatum, sit sacer-
dos Mosaicus, sacerdos Christianus. Illi discernabant tan-
tum, non sanabant. Pronunciabant miserum esse, non libe-
rabant a miseria, arcebant a castris, nos in ecclesiæ gremiū
reducimus. Iam si verum est quod addit Leus, Si vel mini-
mum lepræ celauerit, illud sacerdos, quum non discernat,
nondum est liberatus, qui lepram patitur, si leprā interpre-
tamur omne peccatum, cogemur & culpas quamlibet ve-
niales confiteri sacerdoti, quod tñ nemo Theologus asse-
uerat. Sed quid sentit Leus, an putat leprosum fuisse liberū
posteaq; sacerdos discreuerat? Nam id illius verba sonant.
Aut vbi legit sacerdotes iudicare inter lepram & lepram?
Certe nri codices habēt Deuteromij. xvij. iter leprā, & nō
leprā. Ad hæc, si qis sacerdoti confessus sit culpā, de qua nō
possit pronunciare certum, venialis sit, an capitalis, quid re-
spondebit Leus, absoluit an non absoluit? Si quod illis e-
rat discernere, nobis est remittere, non remittit qui non di-
scernit. Deinde si arceri a castris, est segregari a coione po-
puli Christiani, nunc ne confessi quidem arcentur. Postre-
mo

mo, si non liberantur lepra, qui se non ostendunt sacerdoti,
lam hij mundati sunt, priusquam sese ostenderent. // Vides
quam multis modis figura discrepat, ab hac nostra confes-
sione, magisq; congruat cum illorum opinione, qui putat
hanc confessionem olim fuisse consultationem. Quid au-
tem appellat Leus contractum? An peccato obnoxium
dantaxat: Imo qui paupertate premitur, qui tyrāide po-
tentum obruitur, qui mœroribus angitur, contractus est,
huic debet subuenire bonus pastor, etiam si non negem id
fieri posse & in peccatis, si moneat, si reuocet, si erigat i spē
venie, si doceat viam ad meliora. At scire quo quisq; malo
premitur est agnoscere vultum pecoris. An id fieri non po-
test, nisi quis aperiat omnia pectoris arcana, vsque ad no-
cturna somnia? Nonne e factis, e dictis, e gestibus, ex ipso
vultu, ex rumore, pastor vigilans agnoscit suos? Quod si
cogitur pastor agnoscere vultum sui gregis, & is non ag-
noscitur, nisi ex secreta confessione, cum hodie monachis,
quos vulgus mendicantes appellat, facultas sit absoluendi,
quomodo poterit pastor agnoscere vultum sui peco-
ris? Quid si fingat is, qui confitetur, quomodo agnoscet
pastor: Atqui tenetur agnoscere. Dices, tenet quātū licet.
Atq; istuc locum habebit, etiā si nō esset ista confessio. Po-
stremo, si ideo iubetur agnoscere pastor, vt succurrat om-
nibus suis, nimirum quæ cum mente, manibusq; careant, nō
norunt sibi adhibere remedia, non videtur cogi ad confi-
tendum, qui nouit ipse morbum suum, & nouit quibus re-
medijs oporteat ei morbo mederi, nimirum sibi indicens
ieiunia, elemosynas, preces, quæ sacerdos erat indi-
cturus. // Postremo quod apud prophetam dictum est pa-
storibus, non solum ad episcopos pertinet, sed ad princi-
pes quoque. Iam Augustinus enarrans hunc prophetæ
locum, non eodem interpretatur modo, quo Leus, aut q-
quis est quem ille sequitur. // Quod hactenus dictum est,
non eo tendit, vt vllō pacto conuellamus ecclesiæ consue-
tudi-

tudinem, sed vt ostendamus ea quæ Lens adducit, non esse satis efficaciam, ad comprobendam hanc confitendirationem esse iuris diuini. Equidē faueo confessioni, sicuti deo, nec vq̄ aliud comperietur in scriptis meis. Sed tñ oportum, vt quod inductum est ad releuandos animos simplicium, ad prouehendam Christianorum pietatem, nō alio torqueamus, q̄ inductum est. Nunc videmus esse permultos, qui suam curiositatem alunt huiusmodi confessionibus, alios qui dedecora nō referenda, sub hoc prætextu committunt, quorundam infirmitate vitam velut ex contagio infici, præsertim ex narratis libidinum generibus. Rursus alios hoc telo, suam munire tyrānidem in plebem, cui patres esse debebant. Compluribus confessionē nihil aliud esse q̄ re te ad questum, quo nulla pars Christianæ vitæ non est infecta. Istis non satis est, quod ex præscripto Romani pontificis, semel in anno confitemur, dolent confessionem non esse cotidianā. Isti sunt qui tot scrupulis illaqueant animos simplicium, quot ipsis expediat, ne quis habeat pacatam, ac serenam conscientiam. Istis non satis est quod confessionem obedienter amplectimur, veluti per ecclesiam a spiritu Christi nobis traditam. Metuunt enim ne si tollatur recitatio iugum a cervicibus Christianorum, res illis ad famem regdat, & egregie frigeant, qui nunc sublimes ac feroces regnant. Tantum feratur lex, ne quid auditori detur in manu ne quid ex male partis, ne quid ex testamentis, ne quid ex cōdonationibus, ne quid quocunq; pacto compendij perueniat ad sacerdotem ex confessione. Imo vt ipsi stipē dent confitenti, nimirum quo magis allisciant ad rem per se amaram, quæ admodum dabatur olim pecunia Theatrica: discipulam, ni qui nunc tantopere contendunt confessionem hanc esse iuris diuini, deflexuri sint in partem diuersam, & quod nūc bis terq; clamitant hæreticum esse, defensuri sint acriter vt orthodoxum. Horum victo fit, vt populus vix sentiat hoc onus tot modis aggrauatum, ac subinde queratur, vnde

unde tam durum iugum sit Christianis liberis impositum?
Quorū hęc, dixerit quispiam: vt ostendam mihi nō im-
probari constitutionē & consuetudinem ecclesię, sed mo-
res illorū, qui re bene instituta, abutūtur non bene. Con-
fessionem amplector & obseruo, vt obseruat ecclesia, tan-
tum in dubium voco, an hęc ratio confitendi sit a Christo
instituta? Nec hīc quicq; assenro, bis testans me suspitio-
nem meam adferre, non dogma. Primum cum aio, vt opi-
nor, ac mox, videtur nata. Atq; adeo miror Leum, hīc q; q;
non addidisse, quod erat adiectum in margine, id quod ta-
men solet alias diligenter, quoties est, quod possit in me de-
torquere. Hīc quoniam pro me facit, omisit. Erat autem
hoc adiectū, Olim fuit aliqua confessio, licet non omnino
talis, qualis nunc recepta est. Hoc additamentum an nō pa-
lam ostendit me non de confessione, sed de modo confitē-
di loqui? Qd' si Leus audebit dicere paucos illos qui olim
erant discipulos, audisse ea, quę nunc audiunt sacerdotes
mirabor hominis frontē. Quod si quis me roget, quid sen-
tis de hac ratione confitendi, qua numero referūtur etiam
occultissima peccata, vsq; ad turpissimas cogitationes, vsq;
ad somnia, quę nunc sacerdotes interdum haud absq; pudī-
citię periculo audiunt, in qua exprimuntur circumstantię,
presertim si quę mutant speciē, an existimas a Christo fuis-
se institutam? Respondebo ingenue, mihi pro meo quidē
sensu, non videri, at hunc sensum libens, etiam reclamantē,
submittam ecclesię iudicio, simul atq; eius vocem audiero.
Nunc quosdam tantū audio, quorū refert nouas etiam in-
duci confessiones, tātū abest vt hanc velint tolli. Non opi-
nor oēs Theologorū opiniōes aequādas articulis fidei, aut
scripturis canonicis, p̄serti cū inter se frequēter nō consen-
tiant. Et mihi nondum constat, quid super hac re definirit
ecclesia. Vbi constiterit, mea erit opiniō, quamcunq; cog-
nouero esse ecclesię. Qd' si Christus instituit quicquid ec-
clesia CHR(ISTI) spiritu instituit, fateor hanc a Christo
fuisse

fuisse institutam, sed ita ut pro salute populi possit tolli, eiusdem spiritus arbitrio, neque fuisse necessariam priusquam esset instituta. Atque ut hoc suspicer, adducor, non argumentis modo verum etiam autoritate: Argumentum est, quod ex tot graecorum voluminibus, tot latinorum commentariis, in quibus nihil non tractatur, nihil reperitur, quo certo doceri possit, olim hanc fuisse confitendi rationem, cum nunc nulli libris satis sint huic explicando negotio. Nec ulla sit pars Christianae professionis, quae magis angat animos & confitentium & audientium. Adeo ut nulli magis abhorreant ab audiendis confessionibus, quam qui doctrina, prudentia, pietateque precellunt. Mirum autem non vel casu incidisse mentionem, in tam innumeris libris. **A**utoritas est, Primum Gratiani, qui multis verbis hac de re distulserit distinctim, prima. De penitentibus. Et in utraque parte adductis veterum sententiis, quarum tamen bona pars sentit de confessione solenni, quae olim publice fiebat in ecclesia, videtur in dubio relinquere utrum obligetur aliquis ad confitendum, an non obligetur. Si quidem prolixam disputationem claudit his verbis. Quibus autoritatibus vel quibus rationum firmamentis utraque sententia innitatur, in medium breuiter exposuimus, cui auctoritatum harum potius adherendum sit, lectoris iudicio reservatur. Utraque enim fautores habet, sapientes & religiosos viros. Ne ex glossematis quidem, quicquam adfertur certius. Vides hic sapientes ac religiosos appellari, quos nos terque quaterque dicemus hereticos. Quo magis miror Durandum lib. iij. dist. xvi. questione. viij. tantopere stomachari in glossatore. primi sicutius tituli distinctionis. v. qui pronunciarit nos tantum ex institutione hominum obligari ad confitendum, & ob id graecos nunquam fuisse obligatos, quod ea constitutio nunquam sit ab illis recepta. Nec enim paulo durius est, quod dicit Gratianus. Fatetur nos obligari glossa sed ex institutione & consuetudine ecclesiae tantum, Gratianus facit liberum lectori, utrum putet esse confitendum an non confitendum. Quod profecto fuisset dictum insanum, si haec confessio perfecta fuisset a Christo, auctore si Gratiani

si Gratiani temporibus cōfitendi lex fuisset lata, receptaq.
Ad hec in cap. Omnis vtriusq; sexus de poenis, & remissio
nibus. abb. Panormitanus sentit cōfessionē esse iuris huma
ni, Nec abhorret ab hac Felinus, aliq; iureconsulti veteres
quos nullus ob hanc opinionem vocauit hereticos. Quid
quod historia quā trīpertitā vocant, quā Epiphani⁹, ex tri
bus autoribus cōcinnatā, Theodoretō, Socrate, & Sozo
meno, latine vertit, libri noni cap. xxxv. prodidit eo tēpore
quo Nouatiani se subdixerāt ab ecclesia catholica, presby
terum probatē fidei, certiq; silentij p̄fectum fuisse poeniten
tibus, vt hic auditis in publico q̄ comiserant, indiceret illis
certū modū expiationis. Addit Sozomenus eā consuetu
dinem, ad sua vsq; tēpora Romanis pontificibus fuisse ser
uatam. Porro Constantinopoli sublatā fuisse per Nectariū
episcopum, vbi cōpertum esset matronā quādā clarissimo
genere prognatā, sub pretextu poenitentię fuisse cōstupra
tam in loco sacro. Adeo mouit illius etatis hoies vnicum ad
missum, Nunc nō expediret sciri q̄ multa passim cōmittant
Deniq; capitis huius hęc est clausula, Ex illo antiquitatis cō
suetudo sublata est, dum vt arbitror, maiora peccata p̄ pu
dore confessionis, & subtilitate examinantiū patrantur.
Videmus hic cōsuetudinē antiquitatis appellari, videmus
hanc cōsuetudinē sublatā in vrbe Romę emula, Equidem
arbitror hic de peccatis manifestis aut certe enormibus fie
rimentionē, que tamē fœdiora sint q̄ expediat apud popu
lum enunciari, aut certe eius generis, vt ob leges ciuiles tu
tum non sit publicitus confiteri. Quod si quis contēdat de
hac nostra fieri mentionem, is magis etiam pro nobis faci
essam Theologi recentiores, qui conātur ex sacris litteris
statuere basim, cui innitatur hęc confessio, & sudant satis
nec tamen inter se consentiunt. Porro Durandus qui fortit
ter reijcit glossēma super quintam dist. in decretis, tractat⁹
de poenitentia, non aliam adducit causam, qua probet hanc
cōfessionē, quam ille sacramentalē vocat, esse iuris diuini,
nisi quod.

O

nisi quod eā nulla lex pure hūana possit precipere. Possū
 plura congerere, sed hęc sufficiunt, ne videar omnino te-
 mere paucis indicasse suspiciōē meam, quam nec muni-
 re volo diligentē cū offendiculo simpliciū, nec tueri con-
 tentiosius, cū periculo meo. Si hanc confessionem ecclesia
 certo decreto statuit eē iuris diuini, si sentit ab ipso Christo
 institutam, si sentit non posse aboleri, nihil refragor ecclesie
 iudicio, sensumq; meū vel reclamantem ad huius oraculū
 accōmodo. Atq; vtinam sic viuamus omnes, vt confessio-
 nis remedio nō sit opus, aut ita cōfiteamur vt non sit opus
 subinde repetita confessione.

I. Corin. iij.

AD. XVI.

AD hanc nominatim respōdimus in superiore libro,
 neq; quicq; pretermisimus quod videretur esse dice-
 dum.

I. Corin. vij.

AD. XVII.

Liberata est a lege viri. Cum essem multa ppositurus
 in medium de diuortij iure Christianis in totū adē-
 pto, diligenter testatus sum, id quod & in operis in-
 titio mihi factum est, me nusq; esse velle noui dogmatis auto-
 rem, tantum iuuandi studio monere studiosos, semper in-
 concusso iudicio sacrosanctę ecclesie, & eorū quibus vbe-
 rius donū eruditionis ac sapientię contigit a Christo Ad
 hunc ingredior modū. Porro disputationē claudio his ver-
 bis. Hęc paucis libuit delibare quo doctis ac studiosis
 vberiore cogitādi materiā preberemus. Nec vllō pacto
 iudicio maiorū ob hęc p̄ire conamur, multo min⁹ ecclie ca-
 tholicę. Cęterū quoniā in priore æditione, votū in hac re
 nīm siue prudēs siue imprudēs, certe piū subindicaueram⁹,
 ne quis id alio sum interpretaretur, atq; a me scriptum fue-
 rat declarandū putauimus, quibus rationibus adducti, tale
 quiddā optarem, si qua fieri posset per ecclesiasticā au-
 toritatem. Lens ait quibusdā grauissimę autoritatis Theo-
 logis videri, testationibus huiusmodi non esse locū nisi in
 rebus dubijs, nō in his q̄ per ecclesie autoritatem definita
 sunt

lunt, si quis velit prudēs ac sciens dissentire. Principio nō me
p̄terit, quē Theologū designet Le⁹, ex vno non admodū
gravis autoritatis, mltos faciēs grauissimi pōderis. Sed ob
secro qd' est hoc nouū decretū istius magnifici Theologi?
Quid recepti⁹, articulis fidei? Quid receptius septē sacra-
mētis? An de his nō disputat etiā acriter Theologi nihil eti-
am p̄testati? An non dereceptissimis in vtrāq; partē dispu-
tat Gratianus? Iam esto, definitum est per ecclesiam. Matri-
monium semel cōtractū nullo pacto posse dirimi nisi mor-
te, an hoc etiā definitum est, quod hac dere non possit se-
cus aliquid, vel statuere, vel interpretari, v̄l remittere? Nec
enim nos conuellimus ecclesiasticam constitutionem, sed
hoc quod dixi disquirimus, an possit per ecclesiam aliqua
ratione cōsuli male coherentibus, cuiusmodi matrimonijs
plenus est orbis Christianus. Ad hæc cum ego tester nolle
dissentire me a iudicio ecclesie, cur illd' impingit mihi Le⁹
si quis velit sciens ac prudens dissentire. Grauem vero ille
subnectit causam. Nec ab re quidem inquit, ne heretici hæc
ansam teneant, quoties lubitum fuerit vel nouas gignere
hereses, vel antiquas fouere, vt protestentur se nihil moliri
contra ecclesiam, præsertim quando iam protestationi ip-
sum protestantis factum aperte repugnet. Hæc q̄ grauer
Leus. At qui tantumdem erit periculi in disputationibus
scholasticis, vbi nihil non vocatur in dubium, vbi graui-
bus argumentis defenditur, scortationem non esse pecca-
tum. Et fieri potest vt arte peruersa, & argumentis crebris
& efficacibus muniat partem priorem, posteriorem frigi-
dis ac dilutis solutionibus prodat aduersarijs. Quid autem
An meū factū palam repugnat protestatiōi meæ? An vnq̄
dixi matrimonium, aut suasi dirimēdū? Quomodo igitur
pugnat ipsa res cū oratione mea? An ga disputo in diuersā
partē? Idē facit diu⁹ Thomas, Catholic⁹ doctor, Sed addit
etiā bellā clausulā Ideoq; inqt nec dissentire meo iudicio ct-
tra cōtumeliā licet ab ecclesiasticis dogmatis. An dissentit q̄
q̄s disputat p̄ter.

præsertim qui disputat tantum honoris præfatus ecclesiæ.
Iam vero, quorsum attinent illa tragica, quæ mox conge-
rit Leus, de contentione, de insurgendo aduersus decreta ec-
clesiæ, de ponendo os in cœlum? De magno illo Hiero-
nymo, qui fidei suæ confessionem petit a Damaso cōpro-
bati, de capitulo. Ad abolendam, quod hæreticos pronun-
ciat, quisquis de ecclesiæ sacramentis secus senserit, q̄ sit ec-
clesiæ definitū. Verū, at nō dicit, q̄sqs de ecclesiæ sacramen-
tis disputarit. Deinde satis largit̄ mihi Leus, me non aliud
sentire, q̄ sentiat ecclesia, nec qd̄ facio alio animo facere, q̄
q̄ testor me facere, tñ meminisse debuerat, inquit, nouū do-
gma quantū pariat rixarū, vt auide accipiat, præsertim tan-
ta arte, tantoq; lenocinio cōmendatū. Ita q̄ sæpe enenit, qd̄
Augustinus monet in libro de vtilitate credendi, vt glorię
p̄cipatusq; causa nouū dogma secuti, hæretici fiant. Quā-
tū hic est dogmatū, in oratione Lei, cū mea disputatio pro-
cul absit ab omni dogmate. Nec his contentus, adijcit. Nā
si quis hoc Erasmi cū iudiciū, si tamen iudiciū sit, & nō ma-
gis disputatio, animosius forte, q̄ par est sequeretur, is certe
hæreticus & esset, & haberet. Quis nō miretur huius in-
uenis autoritatē, quā sibi sumit, nondum vllū in professiōe
Theologica gradū adeptus, nec aliud q̄ artū liberalium se-
ptē professor, q̄bus tñ iam pridē, vt ipse fatef, dixit vale, eo-
dē opinor tēpore, quo dixit illis salue. Nam in his que scri-
bit, nullum vestigiū honestæ disciplinæ. Si mea disputatio
nihil aliud est, q̄ disputatio, & disputatio talis, vt nullus iu-
dicio præiudicet, quorsum inculcat iudiciū, quorsum dog-
ma, quorsum sententiā, quorsum contentiōe? Si studet vi-
deri disertus, sit intra causam disertus. Sed iā p̄git attingere
capita q̄dā meę disputationis, vt ipse vocat p̄cipua, vt ego
arbitror, quæ visa sunt expugnata faciliora, relicta in me-
dio, quę diuersam causam adiuuabant. Quare etiā atq; etiā
te rogo lector, ne p̄nūcies de hac conflictatiōcula nostra,
nisi prius legeris ea, q̄ sup hac re cōgessimus in ep̄le ad Co-
rinthios

in hios prioris, ca. vii. Ita demū intelliges plurimū interef-
se, quo pacto qd narres. Nec in respōdendo sumā nunc iu-
stam operā, nisi is, qui est verus autor huius fabulæ, sōū no-
men ascripserit. Primū qd dixerā, sed aliter dixerā, q̄ hic ci-
tat. leges ceu pharmaca pro tēpore ad hoīm morbos accō-
modandas, negat habere locū in his, quæ sunt ex p̄scripto
dei. Quod vt demus simpliciter esse verū, certe nōnūq̄ du-
bitare licet, an hoc deus senserit suo p̄scripto, qd quidā in-
terp̄rantur. Qd si quis respōdeat hūc sermonē esse dilucidū
orē, q̄ vt admittat vllam dubitationē, qd faciemus Ambro-
sio, qd diuersum sensit? Quid iure cōsultis magni noīs, qd di-
uersum senserūt? Illud obiter admonēdū, qd ego dixeram
accōmodandas esse leges, hic refert, mutādas esse, q̄ res sūt
odiosior. Sūmus pōtifex cū interp̄tatur, cū addit aliqd, quū
relaxat, accūmodat legē Christi, at nō cōtinuo mutat. Por-
ro qd addit Paulū hic nō suo noīe phibere diuortiū, sed te-
stari domini esse p̄ceptū, dici posset, qd Paulus domini p̄-
ceptū vocat, qd ad p̄fectionē facit, & tñ interim sibi seruat
indulgētiam apostolus, qua succurrit imbecillioribus, cū
res postulat. Nec protinus tñ aduersat Euāgelio, si quid re-
laxat ex Euāgelij vigore. Adduxerā quosdā, qui fuissent
in hac opinione, quā Leus putat hareticā, a diuortio ius ef-
se cōtrahendi nouū matrimoniū. Id cū doceā Ambrosium
nō vno in loco sentire, qui fuerit ep̄us, & (vt est p̄babile)
seruari in suo populo, qd docet, nec imperitus fuerit Ro-
mance consuetudinis, vt vicinus, & illic aliq̄ties versatus,
sic respōdet Leus. Ambrosi⁹ si hoc senserit miror, forte dis-
putādo lusit, qui veterib⁹ mos erat. O graue respōsum ac
dignū illo, qui p̄nunciet de haresi. Quid opus erat dicere,
miror si hoc sensit, cū recēseā ipsa Ambrosij v̄ba, & locū cō-
mōstrē. Deinde si veterib⁹ mos fuit disputādo ludere, & si is
mos est tā eruditīs, tā grauib⁹ ep̄iscopis, mihi cur nō liceat
disputādo inquirere? De Pollētio respōdet eē cōsentaneū
p̄o, illū cecinisse palinodiā, tot modis victū ab Augustino

Quot

3 Quot modis victus sit, ita demum expiremur, si libera sit dis-
putatio, & absint ista terricula meta, quae nihil aliud quam fucatos
reddunt Christianos, dum cogunt credere, quod non docent. Hoc
tacet Leus, quod Augustinus sic disputat aduersus Pollentium,
ut nulla sit haereticus metio, cum ille in aeditis libris tueat opini-
one sua. Iam quod scripserat Origenem non omnino danare factum epou-
rum, quod promiserint post dinortium, alterum coniugium, Leus affirmat
secus habere, cum fateatur illos aduersus apostoli doctrinam fecisse.
Certe quod excusare conatur, non omnino danat, quod illic facit Orige-
nes. Hic mihi placet, quod Leus Origenem appellat virum sanctum
Sed arte permisit Leus, quod Origenes in eodem loco factum hoc
eporum, quod promiserint maritis, repudiata vxore, non uero coniugium
confert cum eo, quod Paulus uidiis & in continentibus permittit di-
gama, & ita confert, ut durius uideri uelit, uideat quod libidinis
non plus gratia, maritum alterum desideret, permittit nouas nuptias
quam uiro permittit, ut reiecta vxore adultera, ducat se dignio-
re. Iam & illud conuellit Leus, quod Origenes, ut dixerat, illic non
uideatur ad dubitare, quod uiro liceat, cui permittit euangelium, ob
adulterium repudiare, & post repudium, alteram ducere domum.
Hic me mendacissimum facit, quum Origenes longe diuersum illic
doceat. Primum inquit, appellat Iudaicum uirum, quod licentia licere ui-
ro, repudiata ob adulterium vxore, non uero inire matrimonium.
Imo Origenes illic Iudaicum uirum appellat profectum, quod ob qua-
uis causam uelit vxorem repudiare, sic argumens, Moses per-
misit ob rem turpem repudiare, & exemplum rei turpis ponit adul-
terium, licebit igitur ob alias res turpes vxorem repudiare. Eadem
argumerationem reijcit Origenes, negans Moysen sensisse de ad-
ulterio, cum dicit rem turpem, quoniam quidem in adulterio non dabatur repu-
dij libellus, sed vxor tradebatur lapidantibus, sed rem turpem ap-
pellauit quod libet vel mortum, uel corporis culpam, quam maritus offe-
deret. Haec Origenem sensisse, declarat quod mox sequitur. Post
hoc autem dominus non permittit, propter aliam aliquam culpam vxorem dimit-
tere, nisi, propter solam causam fornicationis. Sub haec Origenes
mouet aliam quaestionem, an quemadmodum ob adulterium licet
vxorem

vxorē repudiare, ita ppter parricidiū, veneficiū, aut furtiū li-
ceat. Et hæret hic pplexus, vidēs impiū facerē aduersus p̄-
ceptū dei, & tñ iniquū, & alienū a rōne, cogi maritū, vt fe-
rat ea peccata, q̄ sint adulterio grauiora. Iā exitū quarēs ex
hac disputatione, dicit. Disputo ergo, q̄ nō p̄ceptiue man-
dauit, vt nemo dimittat vxorē, excepta cā fornicatiōis, sed
quasi exponēs rē dixit Qui dimiserit vxorē excepta causa
fornicatiōis, facit eā mechari. Quid sibi velit hic Origenis
sermo, tibi lector expēdē dū reliquo. Et aliq̄to supius Ori-
genes adduxerat similitudinē de Christo, q̄ repudiarit syna-
gogā viricidā, & ecclesiā duxerit nouā sp̄sām. Origenis
verba sunt hæc. Dicendū est qm̄ nō dimisit Christus primā
vxorē suā, id est, primā synagogā, secundū speciē spiritualē
seruās, qd̄ dictū est, qd̄ deus cōiunxit, hō nō separet, nisi qm̄
adultera est vxor illa corrupta ab adultero inimico, cuius cō-
silio & insidiata est viro, & c̄. Ac mox. Et reliquit prop̄ ec-
clesiā Christus, vir patrē, cū q̄ erat, cū in forma dei esset. Re-
liquit etiā matrē & c̄. Vides diuortiū, vides a diuortio nouā
sp̄sām. Ex q̄bus satis liquet, qd̄ senserit Origenes, Caterū
qd̄ ait ep̄os fecisse aduersus scripturā Euāgelicā, q̄ post re-
pudiū pmiserūt matrimoniū, sentit Origenes de ijs, q̄ ob a-
lias causas repudiarant vxores iudeorū exēplo. Et tñ his p̄-
miserant nouū matrimoniū, cū Augustino p̄ferētes adulte-
riniū cōiugiū scortationi. Iā v̄ba quæ Leus adducit aduer-
summe ex Origene, non intellexit. Ea sunt hæc. Qua em̄
ratione adultera est mulier, quanquam legitime videatur
nubere viro viuente, eadem ratione & vir, quamuis legi-
time accipere videatur dimissam ab aliquo viro, non acce-
pit legitime secundum sententiā CHRISTI, sed ma-
gis mechatur, quasi alienam accipiens. Sentit Origenes
de ijs, qui dimissam ob alias causas ducūt vxorē, aut qui di-
mittunt, velut ob graues culpas, quas Christus tñ non ex-
cepit. Nec tamen humanis legibus tumpniebatur, qui
hoc fecisset, Imo matrimonium habebatur legitimum.

Sed

Sed an iuxta Christi sententiã legitimũ sit, dubitat Origenes. plerim in atrocibus delictis, velut in veneficij aut homicidij conatu. Sic enim ait, Si iustam excusationem habet apud deũ, tractabis. Et tamen fatetur quod qui sic dimittit prebet adulterij causam, sed fortassis hoc apud deũ imputandum vxori, nõ marito. Hanc esse mentẽ Origenis plane perspiciet, qui illũ legerit attentius. Cæterũ quod Leus obiter velut absurdũ inducit, si Origenes putasset pmittenda mala, ne contingant peiora. Quid ni id existimet Origenes, quod hodie nulla schola Theologorum nõ probat, idq; ex sententiã Augustini, cuius verba subscribã ex libro aduersus Polleriũ. ij. capi. xv. Si facturus est quod non licet, iam faciat adulterium, & nõ faciat homicidiũ. Vides vt Augustinus nõ solum permittit adulteriũ ne fiat homicidium, led etiam hortatur ad adulteriũ, ne veniatur ad homicidiũ. Deinde quod ratiocinabar ab equitate naturali non cõuenire vt orbis ac desolatus viuere cogatur, qui ob corporis habitum non tẽperat a coitu, neq; quicq; cõmeruit, obijcit milit virginũ deo sacratarũ, & monachorũ conditionẽ, qui merito patiuntur, quod vltro susceperunt. Hic fortasse respondere poteram. Nil agit exemplũ, licẽ quod lite, resoluit. Et tamen cõcedunt Iureconsulti, quod pontifex possit ex monacho nõ monachum facere, ac parĩ ratiõẽ ex monacha, nõ monacham. Nã quod adferimus de voto solẽni, & nõ solẽni, quorum alterũ possit mutari, alterũ non possit, vt cõstanter affirmari video, ita nõdum satis efficacibus argumentis probatũ est. Nam si sufficiat ea ratio, volentes susceperunt, vt sit perpetuum, omnis contractus qui inter volentes coeunt deberent esse modis oibus perpetui, qui nõc nouis causis emergentibus, ex equitate iuris sepe numero rescinduntur. Sicut igitur in contractibus tacite excipiuntur, ob quẽ iuris equitas dirimit bona fide cõuẽta, ita fortassis in votis semper aliquid tacite intelligit exceptũ, si faciet ad salutem anime, aut aliud simile. Sed his rationib; vt apparet diffusus.

Leus, ad

Leus, adiūgit sacramēti causam, de q̄ paulo post nō nihil at-
tingem⁹. Refellit interim Le⁹ qd̄ ex Origenis sentētia dixe-
rim Christū repudiāsse Synagogā virīcidam, & duxisse ec-
clesiā, vt hic quoq; cōgruere possit mysterij ratio, si qs vene-
ficam, aut adulterā repudiet, alterāq; ducat se dignā. Le⁹ ex
Synagoga vxore, facit matrē Christi. Ceterū hoc qd̄ nos
adferimus, si nō dixit Origenes, me vanitatis arguat, Si di-
xit cū illo disputet, & paulo ante docuim⁹ dixisse. Ad hęc
quia scripseram iniquum videri, puniri fortunā, Leus non
agnoscit fortunę nomē oīa prouidentię tribuēs, hō puidus
Sed cur interim fortunatos vocat etiā Leus opinor, qui di-
uites, qui ingenui nascūtur, infortunatos q̄ secus? Ceterū
quod adfert, de cadauerū cōtactu, de leprosis, deq; ceteris,
Primū quia Mosaicę legis sunt, ad nostrā disputationē pro-
prie, nō faciūt. Deinde cur leprosi arceātur, a cōmercio cæ-
terorū, grauis est causa, q̄ facit vt nos etiā illos arceamus ab
hoim cōiuctu. Qualis non videtur esse in diuortio. Postre-
mo quod ex his colligo, si innocēs arceatur a matrimonio
videri plane pugnare cū equitate naturali, Leus criminat̄
me palā aduersari protestationi meę. Nā quis inquit locus
ecclesiastico decreto, si palā pugnat cum equitate naturali?
An ieiuniū, an vigilia nō pugnat cū equitate naturali? Quis
locus sacramento eucharistię, si Thomas adductis ratiōni-
bus colligit, ergo Eucharistia non est sacramentū? An nō
licet argumētando dicere videtur? Deinde iam docuimus
confessionē ob hoc ipsam haberi iuris diuini, quod nō pē-
deat ab equitate naturali, quēadmodum nec ieiunium nec
martyriū. Sed bene habet quod hic vocat ecclesiasticū de-
cretum, quo diuortij ius adimitur, cum alias velit haberi
Christi preceptū. Iam qd̄ Iacobi Petriq; decretū de suffoca-
to & sanguine cōmo de interpretatur, bene facit, sed hoc est
quod disquiriē a nobis, an similis interpretatio possit huic lo-
co succurrere, præsertim cū causa magis vrgeat, meo quidē
iudicio. Atq; hic demīor quid Leo venerit in mentē, qui

non contērus hac probabili doctorū interptatione, quā &
ipse recipio, voluerit hæc adijcere de suo. Nō poterat ferre
decretū Iacobus, qđ prorsus abstinerent a talibus, cum hoc
plane esset cōtra Christi ipsius decretū, & cōtra libertatem
Euāgelicā. Christus antea docuit, Nō oē qđ intrat per os,
coingnat hoiem, & Petrus ab eodē monitus est, qđ deus
purificauit, tu cōmune ne dixeris. Dñi est terra & plenitu-
do eius Clamat Paulus, Si Petrus & Iacobus nō poterant
interdicere esum certorū ciborū, qua frōte nobis bona par-
te anni interdicti esus oīm carniū: sepe & lactariorū, Qua
frōte interdicti cibus in totū: Qua frōte dñicales & Carru-
senses, hūana dūtaxat cōstitutione adimūt suis esum carniū
in oēm vitā: An phibere a suffocato & sanguie pugnat cū
ecclesiastica libertate, arcere ab esu carniū, nō pugnat: An
hic locū nō habet, Quod intrat p os, nō coingnat hoiem,
& dñi ē terra: Præterea qđ adduxerā ex Ioāne Andree, lu-
re pōtificē Romanū dirimi matrimoniū nō cōsummatū,
nō negat eē verū qđ dico, Quod si impetro, habeo qđ vo-
lo, matrimoniū cōtractū & legitime cōtractū posse dirimi
cū huius robur pēdeat ex iure diuino Euāgelicū, phibet di-
rimi matrimoniū, & pontifex dirimit, nōne secus interptat
Euāgelicū, qđ nos interptamur: Si pōtifex dirimit matrimo-
niū, nō intercedēte causa adulteri, quāto magis dirimi pōt
si intercedat causa, quā excipit Euāgelica doctrina: Sed idē
ingit Ioānes Andree docet matrimoniū cōsummatū nō pos-
se dirimi, Sed huius distinctionis nondū audio grauē cau-
sam, etiāsi mihi satis est matrimoniū, rite cōtractū, etiā ante
congressum cōiugalē esse verū ac legitimū matrimonium
& vim habere suā ex iure diuino, Nā rationes quas addu-
cunt Hostiensis, Augustinus, & Leo papa, præter qđ quod
hominū cōmenta sunt, non efficiunt tamen, quo minus ad-
uersus Christi, Paulicq; doctrinā dirimatur matrimoniū, &
a diuortio sit ius iterandi coniugij. Porro an Christus pos-
sit aliā sponsam sibi coniungere matrimonio, ipsius volun-
tati

tati relinquo, nec illi volo leges prescribere, quæ admodum
Hostiensis, Nec illud satis intelligo quod dicat Hostiensis qua
cunq; de causa Si sentit, quis leui de causa, verum dicit, si dicit
nulla de causa, cur ingressus religionis dirimit matrimonium
ratum quidem, at non consummatum: Cur lapsus in heresim diri-
mit etiam consummatum: Etenim si ideo licet dirimere ma-
trimonium non consummatum, quod plenior sit ratio sacra-
menti, in consummato, licebit & consummatum dirimere,
quod plenior etiam est ratio in secundo coniugio, quam in sterili, in
primo, quam in secundo aut tertio. Hoc negotium non estima-
tur gradibus, sed specie rei. Et tamen loanes Andree, non
visq; adeo abhorret ab hac opinione, ut dicat aliquis matri-
monium consummatum, graui de causa posse dirimi, cum hoc
argumentum disputet in regula actus legitimi, de regulis
iuris libro sexto citante Panormitano in. C. Ex publico, de
conuersione coniugatorum. Nam proposito casu, an pon-
tifex possit indulgere, ut filius vnicus regis monachus, du-
cat uxorem, eamq; habeat, donec gignat prolem masculam
argumentis, in vtramq; partem, adductis, pro neutra par-
te pronunciat, rem aliorum arbitrio relinquens. Rursum ita
claudit disputationem Panormitanus. Ego satis putarem, quod nul-
lo casu posset papa dissoluere matrimonium consummatum inter
fideles, ita quod eligerem partem negatiuam, nec hic asseuerat, sed
argumentum ut disputabile, proponit, cuius alteram partem ipse putat
esse probabiliorē. Idem in. c. quæto de diuortijs, iterum multa scribit hæc
Et est iste textus ad hoc optimus, & pronuntium suum posset argui quod
etiam ecclesia non posset illud dissoluere. Rursum non affirmat ec-
clesiam non posse dirimere matrimonium consummatum. Imo potius inu-
it posse, licet ex hoc. c. dicat posse sumi argumentum, pro diuersa
parte. Neq; statim expugnatum est, quod oppugnari potest argumento
Qui & Hostiensis videtur alibi, pro diuersa sententia facere. Dicit quod
in. C. ex parte. Secundo de conuersione coniugatorum, quærit, an ecclesia
possit hodie statuere, ut altero fidelium, lapsus in heresim, pos-
sit alter coniugum transire ad alia vota, ac diffinit posse hoc argu-
mento sicut

Sicut statuit inq̄t, inter infideles, inter q̄s est verū matrimo-
nium, in. c. de infidel. & confan. & affinit. eodem mō videf
quod possit statuere inter fideles. Nam ratificatio matris-
monij, quæ est inter fideles, nascitur ex sacramento baptis-
mi, vt in d. c. quāto, & hoc ex ecclesiæ dispositione, potest er-
go aliter ecclesia statuere. An nō hic aperte p̄nūciat Hōsti-
ensis ecclesiā posse statuere, vt aliqd' matrimoniū ratū & cō-
summatū dissoluat altero labēte in hæresim, ita vt alter in-
noxius possit ad secūda vota trāsire, hoc est, nouū inire ma-
trimoniū. Negat tamen hoc posse fieri, nisi statuatur ecclesia.
Proinde matrimoniū aliqd' oīno indissolubile, potest auto-
ritas ecclesiæ dirimere, & sic dirimere, vt nouū contrahat.
Deniq; huc redit disputatio Lei, vt vetet me aliam causam
querere, q̄ sacramentum. Non est sacramētum, inquit, vbi
diuortiū. Et tñ hāc causam ex veteribus solus, qd' scīā, addu-
cit Augustinus, nec tñ hāc solā adducit. Et ni fallor hic Au-
gustinus accepit sacramētū, nō vt sit vnum e septē, qd' vi-
deor mihi satis demonstrasse in annotationibus, sed vt sit ty-
pus, & imago rei sacre, videlicet cōiunctionis Christi, &
ecclesiæ, que tñ nō hic solū distidet ab exēplari suo, sed alijs
quoq; in rebus, vt illic abūde demonstrauimus. Et tñ verū
est qd' dicit Augustinus, si recte intelligat vbi diuortium,
ibi nō est sacramētū. Nā hactenus desinit cōgruere cū eo,
cuius gerit imaginē. Sic vbi iurgiū, ibi nō est sacramētum,
vbi zelotypia, ibi nō est sacramētū, vbi insidiæ, ibi nō ē sacra-
mētū, & tñ ista sunt passim ī cōiugijs legitimis, q̄ tñ hac pte
nō respōdent sacramēti vocabulo. Nec his verbis vrgebimur
admodū, Qd' deus cōiunxit, hō ne separet, si modo sic
interpretemur, vt ego interpretor. Nec arbitror eam interpreta-
tionem esse talem, vt contemni possit. Deniq; cur in matris-
monio per ingressum religionis soluto, nolunt his verbis
esse pondus, in alijs valere? lam quoniā multis verbis ostē-
deram pugnare cum typo sacramenti nouū diuortiū quod
nos pluribus de causis indulgemus, quum Christus nullo
modo

modo diuellat a sua sponſa, ne morte q̄dē: oſtendit hoc di-
uortū licet Iudæis ignotum, a Chriſto tamen ac Paulo p-
ditū fuiſſe. Cum em̄ iubetur manere innupta, quæ diſceſſit
nec permittitur diſcedere, niſi ob cauſam adulterij, proſus
oſtendit hoc diuortij genus, q̄d nūc habet eccleſia. Nō in-
ficior hoc fortiter interpretari Auguſtinū, ſed p̄terea niſi au-
dio, q̄d me cogat in eū ſenſum accipere. Iā ex Euāgelio nō
ſatis grauer docet vtriſq; par eē ius repudij. Neq; em̄ illic
habet, mulier q̄ repudiato marito alteri nupſerit, mœchaē,
ſed q̄ repudiatā duxerit mœchaē. Neq; dubiū ē, qn̄ in hūc
ſenſū accipiendū ſit, q̄d ſcribūt Marc⁹ & Lucas. Si q̄dē dimit-
tit virū, & q̄ repudiata diſcedit a viro. Sed huius diſputatio-
nis ſinis eſto, q̄ ſimul reſpōſum arbitror ānotationi Lei, que
illi veterū fuit duodecima. Mihi nec ē, nec fuit aiūs, ſup̄ hac
re cōrēdere, tātū tētaui diſputādo, ſi qua via poſſit inueniri,
qua male conſtrictis coniugio conſulatur. Videbam vi-
ros olim probatæ doctrinæ, ſanctimonixq; non fuiſſe de-
territos euāgelij, Pauliq; verbis, q̄ minus admitterēt diuor-
tium, videbā quæ dā ſecus poſſe exponi, q̄ hactenus expo-
ſita ſunt. Videbā & hodie dirimi matrimoniū, ob errorem
perſonæ, ob ingreſſum religionis, ob alias q̄q; cauſas, ſi nō
fuerit conſummatū, cum tñ hoc quoq; vigorē ſuū habeat
ex iure diuino. Ac de quo illud quoq; dictum eſt, q̄d deus
cōiunxit, hō ne ſeperet. Itē propter hoc relinquet homo pa-
trē & matrē. Poſtremo in hoc q̄q; cōpetit ſacramētū ratio.
Videbā iure cōſultos q̄ſdā eoſq; maximi noīs ī ea fuiſſe ſen-
tētia, vt dicāt ōne matrimoniū poſſe dirimi, Romani p̄riſi-
cis autoritate, grauib⁹ de cauſis. Videbā p̄ p̄tiſicē, p̄ſonas
reddi inhabiles, vt irritum ſit matrimonium, & liceat alte-
ri rursus copulari, veluti cognitionis, aut ordinis cauſa. Vi-
debā fieri poſſe, vt ſimili mō reddat inhabiles & illos, in-
q̄s ebrios, p̄ lenas, ſine autoritae maiorū temere coiſt̄ matri-
moniu. Cogitabā eccleſiā habere ſp̄ſi ſui ſpiritū, neq; poſ-
ſe non recte ſtatui, q̄d ad hoīm ſalutē illo autore ſtatuetur:
Miſerebat

Miserebat me pereūtiū, & optabā succurri. Id si fieri nō po-
test, tñ incessi nō potest piū animi votū a Christiana charita-
te, pfectum. Oportet charitas & quæ fieri nō possunt. Neq̃
fraudatur affectus, irritus sua laude. Præsertim quum tester
tot verbis me nihil aliud q̃ inquirere disputādo. Si Abbas
Panormitanus tolerat, vt scriptor orthodoxus, q̃ in. c. deus
de diuortijs, in tercio notabili, dicit papam ex magna causa
posse dispensare, contra nouū testamentū, cur mihi non li-
cet inquirere, an hic possit, cū ille dicat in genere posse ad-
uersus nouū testamentum. Si oim fere cōsensu Pōtifex ex
causis idoneis, Imo sine causa, potestate, quā vocāt absolu-
tā, dirimit matrimoniū nō consummatū, qd̃ vt sepe dictum
est, iuris est diuini; cur nefas sit disqrere, an & in alijs possit,
quæ sunt iuris diuini. Si ferēdū est, qd̃ scripsit Vinc. citante
Panormitano, in. c. proposuit, de concessione præbendæ.
Romanū pontificē in oibus posse dispensare, præterq̃ in ar-
ticolis fidei, mō id fiat ex idonea causa, nō arbitrator articulū
eē fidei, quō possit exponi loc⁹ apd̃ Paulū, de nō dirimēdo
matrimonio. Præterea si cū ius diuinū iubeat oēm causā fi-
niri testimonio duoz, & tñ hoc in q̃busdā casibus vetat fie-
ri leges Cæsareæ, ac Pontificiæ, qd̃ obstat, q̃ minus inquiri
ramus, an hic possit dilatarī, quod astrinxit Christus. Sed
nimīū diu versor in alieno cāpo. Nec tñ soleo libenter versa-
ri in huiusmodi scriptoribus, q̃ nos tā diuersis hoim opinio-
nibus distrahunt, fundamento nō admodū solido, sed tamē
horz præsidijs tantisper vti visum est, vt docerē mihi q̃q̃ li-
cuisset ex pio affectu, citra cōtentionem inquirere, an matri-
monium etiā consummatum possit dirimi. Porro Leum
alienis p̃sidijs adiutū fuisse in hac disputatiōe, p̃ter alia mul-
ta, & illud arguit, qd̃ approbet locū bene a me redditū, qd̃
illi sane nonū est in hoc opere, q̃q̃ approbare meū. Nec tñ
infector qd̃ adiutus est, vtinā sic adiutus esset in oibus cete-
ris. Nam tum & inesser aliq̃to plus doctrinæ, & multo mi-
nus rixæ, ac virulentia. Etiam atq̃ etiam te rogo lector, vt
si quid

si quid hic desyderes, vbi mihi non vacabat omnia repetere, petas ab annotatione nostra posterioris æditionis.

AD xviii.

Sed esto ego vos grauavi. Ostendo ex Græcis & Am
brofio, & ex emēdationib⁹ Latinorū exēplaribus legē
dū, Esto ego vos nō grauavi. Et in hūc sensum interpreta-
tur Theophylactus Græcus, & Ambrosius Latinus. Le⁹
quoniā negat sibi esse lectū, ego vos grauavi, iubet eradi
marginalem annotationem, manifestarium mēdum in no-
stris. Ego si fuisset perinde felix, quam est Leus suo codi-
ce, nihil opus erat hoc opere sumere. De marginali annota-
mento non est ratio digladiari.

AD xix.

Quoniā reprehensibilis erat. Adiecerā in annotatio
one mihi videri, Iacobū & ceteros, q̄ apud illū erāt
in hac fuisse sententiā, vt crederent, adhuc ceremo-
nias Mosaicæ legis obseruādas esse, p̄dito Euāgelio. Leus
ait hac mēte voluisse obseruari, ne qd̄ offenderetur infirmi.
Nec ego prorsus aliud sensi. Nec enī arbitror tā stultos fuis-
se ap̄los, vt putarent absq̄ legis p̄sidio nō sufficere Christi
gratiā. Verū Paulus putabat eē tēpus, vt si fieri posset, iam
cōtēpta sup̄stitione q̄rūdā, palā p̄dicaret euāgelica libertas

Gala .ij.

PHILIPPENSES

AD xx.

Esse se æqualē deo. Testatus sum nō esse me clam quē
admodū hūc locū pleriq̄ veterū it̄p̄tent, nepe Chri
stū fuisse naturā deū, & deo patri æqualē, & in hoc sumpsit
se serui formā, qd̄ hoiem assumpserit. Hoc refellens multis
v̄bis Leus, me docet, qd̄ testatus sum me nō ignorare. Cū
ego plix o sermōe declarē me sequi it̄p̄tationē Ambro-
sianā, q̄ it̄p̄tat formā specimē, & exēplū, miraculis sese
declarātis deū. Formā serui, nō assumptā hoīs naturā, sed spe-
ciē p̄ctōris, in qua cæsus est & crucifixus. Nō rapinā arbi-
tratus ē, enarrat, nō sibi vindicauit diuinā naturā, sed hoiem
se

Philipp. ij.

se profitet vbiq; & diuinitatē velint occultās, alterā speciē
magis est amplexus, vt nobis ostenderet, q̄ sit ad verā glo-
riam via. Ea interpretatio, si non placet Leo, erat illi cū Am-
brosio res, nō mecū. Neq; eni nos alterā interpretationem
reijcimus, cū eam tamē reijciat Ambrosius Adiecerā. Pro-
inde totus hic locus mihi videtur violētius detorqueri ad
Christi naturā, cum Paulus hic agat de specie exhibita no-
bis. Hic Leus sic mecū agit, quasi senserim in Christo for-
mā serui dici, naturā humanā, dissimulans me diuersam seq̄
interpretationē. Atqui hoc fundamento cōulso, nihil ille
aduersum nos agit sua disputatiōe. Porro qd̄ cū dico Chri-
sti naturā, interpretatur me de diuina loq; sciat me de vtra-
que loqui. Nā vt prior pars qui cū in forma dei esset, non
pertinet iuxta Ambrosij sententiā, ad diuinā naturā, sed ad
speciē exhibitā, ita forma serui, nō pertinet ad humanā na-
turam assumptā, sed ad speciē peccatoris assumptā. At non
probat, qd̄ negarim me videre, qd̄ hic locus faceret aduersus
Arrianos. Certe nō multū facit, si recipimus Ambrosia-
nam interpretatiōē. Verū illud oim pessime habet hominē,
quod adiecerim mihi cōpertū esse, nūq; fieri maiorem vim
scripturis q̄ cū aduersus hereticos disputātes, nihil nō detor-
quemus ad victoriā. Addit sibi videri quod & alias simile
quiddā dixerim in fauorē Pelagianorū, & Arrianorū. Imo
quicquid huius dixi, dictū est in fauorē nostrę religionis, &
in odiū hereticorū. Nā hoc ipsum admoneo in Methodo,
ne pugnātes cū hereticis scripture vim faciamus, ne simus
illis ridiculi. Et id ostēdo factū nōnunq; ab Ambrosio, ab
Hieronymo, atq; etiā Augustino. Nec ideo tollitur illorū
autoritas, in interpretando, si vnū aut alterū locum torserunt,
qd̄ Hieronymus a se factū fatef; etiā, nec ideo hoc diffitef; Le-
us, nec veret̄ paulo simile quoddā artificii tribuere, subin-
dicans id in pugna licere cum aduersariis, quocūq; modo
vinciēdus, & capiendus est, qui doceri nō dū meretur. Pro-
inde nihil erat cur hic Leus excitaret tragēdiā his verbis.
Hoc est

Hoc est fucus, atq; prestigius & emēntis vultib⁹ rem agere non Christi bellū gerere, sed diaboli, qui mēdax est & pater eius. Gratū hoc sane patrocinū oibus hēreticis, vt dicāt detortū esse, quicqd contra se afferatur, aliaq; permulta, in hanc sententiā, stultiōra q̄ vt sint refellenda. Deniq; si verū esset ingt tamē erat dissimulandū. At eadē ratione, nō esset vsq; dissentiendū ab ecclesie doctoribus, ne hēretici dicant eos nusq; intelligere, libros sacros, quod aliquot in locis lapsi sint. Ac multo magis erat dissimulandū, quod Leus orbi prodidit, partē Euangelij Ioānis assutam ex apocrypho Nazoreorū Euāgelio. Et hic me celebrē virum facit, nusq; tribuens aliqd laudis, nisi cū me onerat inuidia. Hęc si Le⁹ scribit, nō ex animo, p̄ se seditiosus est, sin ex animi sētētia, non admodum cordatus est.

AD. XXI.

Verbum dei mysteriū. Admonuerā quod græcis est *μυστήριον* sepe veri sacramētū. Nec ideo protin⁹ esse sacramētū vnū e septē, alioq; fore permulta. Nec enī ideo credo matrimoniū esse sacramētū vnū e septē, qd⁹ Paulus appellet mysteriū, sed quod ecclesia me docuerit esse vnū e septem, Leus negat quēq; sic ineptire, vt quoties legat sacramēti mentionē, toties putet mētionē fieri, de sacramētis numero septē. Credo viros grates nō sic ineptire, & tamen sunt qdam adeo stolidi, vt hoc expedierit, admoneri, nec hoc ē calūniari, monere ne qs possit labi, q̄libet crassus

Collo. I.

AD. XXII.

Et figura. Hic arrodit Leus quod adieceram in annotatione, Ex hoc verbo, videlicet hypostaseos, nata est magna digladiario, quod Arriani exigerent tres hypostases, & verbum homusij non reciperēt. Res indigna, meo sane iudicio, ob quā oriens & occidēs exitiabili bello inter se cōflictarēt, & orbis concordia turpiter scindereē. Hoc loco mihi videt⁹ Le⁹ velut argumentū nact⁹ declamatorū exercere voluisse dicēdi copiā, ac vim. Sed ita id facit, vt ad

Ad hebre. I.

Q

me non

me non magnopere pertineant, quæ differit. Nam ipse de
vocalibus loquor, quæ nouitate sua præbuerunt diffidij
materiam, id Leus ad rem trahit. Nosiri tres personas ag-
noscebant, tres hypostases non item. Arriani cum hypo-
staseos verbum libenter amplecterentur, abhorrebant ab
homusij vocabulo, & quemadmodum Hieronymus sus-
picabatur, subesse nescio quid veneni in syllabis, cum ab
eo exigeretur triū hypostaseon confessio, ita Arriani sus-
picabantur nescio quid veneni latere in vocabulo homo-
sij. Vocem esse inauditam, nusq̃ legi in diuinis libris, &
ideo suspectam, iam cum nullus vnq̃ extiterit in ecclesia
tumultus, hoc grauior aut latius patens, an non magis ex-
pedisset omissis vtrinq̃ nouis vocalibus tueri publicam or-
bis concordiam, q̃ rei Christianæ summā in extremū discri-
men adducere: Præsertim cum in huiusmodi diffidijs fere
se misceat affectus humanus, & vtraq̃ pars opinionis suæ
studio, & aduersariorū odio, iniquius interpretetur, quod
ab aduersarijs adfertur, & suis impendio faueat. An nō Hi-
larius Arrianorum odio, in diuersam heresim prolapsus est
qui vexatus Arriane factionis persecutione, cū esset suo lo-
co restitutus, non admisit Arrianos, nisi rebaptizatos, cum
antea diuersæ factionis hereticos absq̃ baptismo nouo reci-
peret: Possent huius generis plura cōmemorare exempla,
sed in re odiosa satis sit vnum hoc. Iam quod mihi videtur
magis expediens futurū fuisse, id visum est & illius tēpo-
ris grauissimis episcopis ac principibus, qui frequentissima
Synodo semel atq̃ iterū censuerunt abolendā verborū cō-
tentionem, modo de re fidei cōueniret. Neq̃ quisq̃ admo-
dum refragatus est de abolendo nomine homusij, imo p-
babile videbatur omnibus, vt vocabulū quod cū in sacris
litteris nusq̃ reperiretur, tamen nouitate sua multis esset sca-
dalo, de medio tolleret. Et iā coierat cōcordia, sed male sar-
ta gratia nequicq̃ coit & rescindit, vt inquit Flaccus. Si q̃s
diffidet nostre narrationi, legat Hieronymi dialogū, quem
scripsit

scripsit aduersus Luciferianos. Iam sunt quædam huiusmo-
di, vt non sit necesse magno ecclesiæ tumultu persequi. Dis-
sidebatur olim de celebrando Pascha, ac grauibus episco-
pis ea res nõ est visa satis idonea, ob quam Christianorum
communio scinderetur. Eiusdem generis putauit Cypria-
nus, quod quidam ab hæreticis baptizatos, denuo bap-
tizabant, quidam secus. Mihi videntur ea potissimum incul-
canda, quæ faciunt ad vitæ pietatem. Cæterum immodice
philosophari in subtilitatibus illis, quæ plus habent osten-
tationis, quam fructus, non admodum probarim, præser-
tim si id fiat graui Christianæ reipublice tumultu. Cuius cõ-
cordiæ vsq; adeo consulendum est, vt Paulus se penumero
parcat pseudapostolis, ne irritati grauis etiam turbarent
pacem Christianorum. Si Arriani voluissent confi-
teri sicuti confitebantur filium esse deum de deo genitum,
similẽ patri eiusdẽ cũ illo naturæ quod nec ipsum ni fallor
negabãt, & omissis hypostaseon vocabulis nobiscum am-
plexi fuissent tres personas, nonne prestabat duorum ver-
borum iacturam facere, quam admittere dissidium, tam
exiriabile? An doceri non poterat equalitas personarum
nisi repertum fuisset nouum homulij vocabulum? At
hanc non recipiebant Arriani. Non patrocino in presen-
tia Arrianis, qui toto pectore sequer quod definiuit eccle-
sia. Sed illud quæro, an commoda interpretatione potue-
rit teneri concordia. Dicebãt filium subditum patri. Cer-
te natura filius obtemperat patri, a quo vitam habet. For-
te fieri potest, vt qui subsit, non ideo tamen minus habeat
dignitatis. Dicebant filium esse creaturam, quid si hoc
sentiebant, gigni ab alio, & esse ab alio quodammodo
condi esse? Dicebant forte spiritum sanctum vtriusque
ministrum esse. Quid si hoc sentiebant, per eum & pa-
trem & filium operari? Iam cum Hilarius fateatur patrem
esse filio maiorem autoritate, sed ita, vt filius minor non
sit, cum hoc habeat a patre, vt illi sit equalis, quãtũ abest
ab Arrianis?

ab Arianis: Si pater maior est filio autoritate origenis, igitur iuxta diuine nature rationem maior est. Sed hoc quod maior est, non communicat filio, videtur igitur filius ea parte minor. Etenim si Hilarius sensisset patrem filio maiorem, quatenus est homo, non oportuit refugere filium hac ratione dici minorem. Porro secundum eandem rationem aliquem dici maiorem altero, cum ille minor non sit, nihilo videtur probabilius, quam si quis dicat Petrum esse patrem Iohannis, cum Iohannes non sit illius filius. Aequum est, ut in istis, quae nobis ab Apostolis ac patribus, qui ab illis hauserunt tradita sunt consentiamus omnes. Ceterum nihil non pertrahere ad fidei negotium, seminarium est dissidiorum, ac pestis Christianae concordiae, qua sublata, Christiani non sumus, cum tamen possit esse obnoxius heretico errori, qui Christo charus sit, si modo simpliciter erret inculcata ignorantia. Expulsus est Arius, ob unam aut alteram uoculam. Athanasij symbolum quod tidie canitur in templis. Et tamen negat catholice dici, quae nunc Theologi fatentur dici recte. Negat ille dici tres aeternos, tres omnipotentes, tres increatos, tres immensos, nec purat hunc sermonem minus impiu[m] esse, quam si quis dicat tres deos. At hodie diuersa est Theologorum sententia. Nam quae admodum quum plures eodem fune trahunt nauim, multi trahunt, tamen una est tractio, sic nihil uetat personis diuinis numero multitudinis tribuere, quod tamen in singulis diuersum non est. Pater & filius & spiritus sanctus sapiunt, & tamen eadem est sapientia. Tres uolunt, & tamen eadem est uoluntas. Tres prouident, & tamen eadem est prouidentia. Tres sunt, & tamen eadem est essentia. Ita eadem aeternitate tres sunt aeterni. Iam cum neget dici tres aeternos, tamen post fatetur tres coaeternos. Neque mihi fatissimam quod Durandus adfert de differentia substantiu[m] nominis & adiectiu[m], nisi forte sic interpreteris, bonum esse adiectiuum, & bonitatem substantiuum. Tres boni sunt, non tres bonitates, Quae admodum in corpore & multa membra sunt animata, sed eadem est anima. Porro

ro nō video, quid intersit inter vocē aeterni & domini. Ut
 tres sunt aeterni, sed eadem aeternitate, ita qd̄ vetat dici tres
 dominos, sed eodem dominio? Quando non desunt ma-
 gni nominis Theologi, qui vero pioque sensu putant dici
 posse tres deos, sed eadem deitate. Nimirum si quis senti-
 at tres esse, quorum quisque dicatur deus, sed eadem, ut di-
 xi deitate, quia ceteri. Iam quod ait, Nam sicut anima ratio-
 nalis & caro vnus est homo, ita deus & hō vnus est Chri-
 stus, nisi cōmode interpretemur, sensum habet haeticum.
 Ad haec quod hic negat in trinitate quicq̄ esse maius, Hila-
 rius non refugit, patrē dicere maiorē. Rursus quod hic ne-
 gat quicq̄ esse prius, nō defuerunt Theologi, qui dixerint
 patrem aliqua ratione filio priorem. Iam dudum clamas le-
 stor, quorsum haec? Ut ostendam de rebus diuinis nihil tā
 circūspēcte dici posse, quin pateat calūniā, si contingat in-
 quus interpres. Proinde satius esse, non tam multa definire
 de huiusmodi rebus, quas nec assequitur intellectus huma-
 nus, nec exprimit sermo. Praestat venerari quaedam, q̄ scri-
 tari. Dubium non est, quin & hodie multa de diuina natu-
 ra ignoret ecclesia, cui satis est, quod ea nouit, quae docet sa-
 cra scriptura, quaeq̄ ad salutis necessitatem pertinent. Ego
 si quid habuissem autoritatis in illis synodis, in quibus de
 orbis concordia tractabatur, suasissem praestare, nescire qd̄
 sibi vellet hominij verbum in personis diuinis, quam tan-
 to rerum tumultu, vel tueri, vel impugnare. Sed haec om-
 nia aduersus Leum dicta sunt, non pro Arianis, quorum
 omnis haeresis sic est explosa, ut non alia magis. Nec est pe-
 riculum, ne quis illam instauret. Nam aliunde nunc est pe-
 riculum ecclesiae, si tamen vllum est periculum,

A D T I T V M.

AD .xxiij.

Magni dei, & saluatoris nostri IESV Christi. Cum Ti. ij.
 ostendissem hunc locum bifariam legi posse, con-
 iunctim ac diuisim, si coniunctim legas, magni &
 salua

saluatoris, vtrūq; referet ad Christū: sin diuissim, magni dei
referetur ad patrem, saluatoris ad Christum. Neq; diffiteor
Hieronymū & Chrysostomū sic interpretari, vt vtrūq; tri-
buāt Christo, velut exultātes aduersus Arianos ceu victo-
res, cū locus plane sit anceps, imo magis p illis faciat, q̄ pro
nobis. Hic Leus docet nō posse referri alio, q̄ ad Christū,
hoc videlicet argumēto, qd̄ de aduētū Christi frequēter le-
gamus, de aduētū patris nusq̄. Vt hoc largiamur Leo, nō
alibi legi de aduentu patris, tamē ip̄e sermo nihil prohibet
quin diuissim intellectus possit, qd̄ ad priorem partem atti-
net, accipi de patre. Atq; ita sane interpretatur Ambrosius,
Cuius verba, si quis forte mihi diffidit, subscribā. Hanc esse
dicit beatā spem credentiū, q̄ expectant aduētū glorię ma-
gni dei, quod reuelare habet iudice Christo, in q̄ dei patris
videbit̄ potestas, & gloria, vt fidei suę premiū cōsequant̄.
Ad hoc em̄ redemit nos Christus, vt purā vitā sectantes, re-
pleti bonis operibus regni dei hæredes esse possimus. An
nō hic palam dicit patrē declaraturum gloriam & potesta-
tem suā iudice Christo: Nec hic simpliciter nominatur ad-
uentus patris, sed aduētus glorię, vt aduentus nō proprie
pertineat ad patrem, sed ad gloriā. Adueniet ip̄e Christus,
sed cum gloria, & maiestate patris. Interim tempus est hu-
militatis, tunc erit tempus glorię, quam interim expecta-
mus. Ea tū demū adueniet, cū aperiet̄ gloria magni dei pa-
tris, & seruatoris nostri Iesu. At secus, inquit, interpretatur
Hieronymus. Scio, sed violētior in tractādīs scripturis, qd̄
es dimicat aduersus hæreticos, id qd̄ Leus alicubi sibi vo-
luit prodesse, cū Petri locum secus interpretaret̄, q̄ ego ex
Hieronymi sententia fuissē interpretatus. Mibi certe satis
est locū hunc secus enarrari posse, ac meo iudicio nō aliud
sensit Paulus, q̄ qd̄ interpretatur Ambrosius. Porro cum ne-
gari non possit sermonem esse ancipitem, citius hinc Aria-
nū caperent ansam, vt dicant Christum patre minorem, qd̄
Paulus patrem magnū appellet, filium nec deum, nec ma-
gnū

gnū deū appellet. Sed donemus in lectione nihil esse am-
phibologiae, nū cōtinuo euicerimus filium esse patri aequa-
lem, si confiterit esse deum, & magnū deum? Deum non
negant Ariani, neq; deus esse potest, quin magnus sit, nihil
tamen vetet alterū esse maiore, qui sic magnus est, vt illo ni-
hil sit maius. Nec aliud tñ adferunt argumētū Chryso-
stomus, & Hieronymus, qui velut euicta re clamat, Vbi est
serpens Arius? Vbi Eunomius coluber? Faueo nostrae vi-
ctoriae, sed ante triūphū videndū erat, qd statū obijcere pos-
sit aduersarius. Haec dicta sunt, nō vt patrociner Arianis, q-
tū vt admiror doctrinā, ita detestor impietatē, sed vt Lei ca-
lamnias depellam.

AD xxiiij.

I. Ioan. epist. I.
Capit. iij.

Qui soluit Iesum. Hic simpliciter ostēdit, qd esset in
græcis codicibus, nec approbans quicq; nec impro-
bans. Nā Græci legūt hūc in modū, *ὁ μὴ ἀμολογῆται
ὅτι ἦν ἁρσιος ὡς ἡ σαρκὶ ἐκτελευτήσας*. i. qui nō confite-
tur Iesum Chri-
stum in carne venisse. Leus ostēdit ex historia tripertita, lo-
cū hūc ab hæreticis quibusdam fuisse viciatū, neq; librum
interim indicans, neq; caput, vt videatur ab alio quopiam
admonitus hoc adiecisse. Et accipio qd adfert historia, sed
ita, vt mihi non sit necesse credere, nisi commodum fuerit.
Nam de viciatis libris, frequenter vtraq; pars alteri solet ob-
ijcere. Certe quod habent græci codices, magis cōgruit cū
stilo Ioannis Euangelistæ, cui peculiare est, contrariam sen-
tentiam occinere priori, quo magis infigat animis quod di-
xit. Quod genus sunt illa, Qui credit in filium dei, habet
testimonium dei in se, Qui vero non credit filio, mendacē
facit eum &c. Ac mox. Qui habet filium dei, habet vitā,
q nō habet filiū dei, vitā nō habet. Qui cōfite-
tur ex deo est, q nō confite-
tur, ex deo nō ē. Sit em̄ hoc exēpli gratia positū, cū
totius huius Euāgelistæ sermo plenus sit huiusmodi figuris,
lam vt demus Qui soluit Iesum fuisse scriptum a Ioanne.

An his

an his verbis cōtinuo refutatur error eorū, q̄ dicebāt Chri-
stum esse purū hoīem: Et que ad illos pertinebāt, qui nega-
bant Christo esse animā humanā, atq; ita negabant verum
fuisse hominē, sed deū corpore indutū. Si qd repperissem
apud grācos, quod cū nostra cōsensisset æditione, id sequi
maluissem, nunc quia nō repperi, tātū admonui quid esset
mutatū. Atq; ego iuxta sensum animi mei, iudico germanā
esse lectionē quā habent grāci. Quod tamē nullo meo pe-
riculo dictū velim. Nā meum sensum ecclesie iudicio sub-
mitto. Non est vsq; adeo grauis autoritas eius historia, vt
ex hui⁹ fide nobis certo liquat quid hic scripserit loānes. Cer-
te negari non potest Cyprianū hūc iuxta grācos codices
adducere locū libro aduersus Iudeos secundo cap. vii. Ois
spūs qui cōfiteatur Iesum Christū in carne venisse de deo est
qui autē negat eū in carne venisse, de deo nō est, sed de An-
tichristi spiritu. Quod si Leus diffidit æditioni nostræ, cōsu-
lat alias, & si sec⁹ illic reppererit, clamitet me falsariū. Apud
Augustinū in homilijs, quibus enarrat hāc epistolā, in cō-
textu qui prefertur adducitur, hic loc⁹ quē admodū legūt
grāci & S. Cyprianus. Et tamē in fine interpretatur & hoc
omnis spiritus qui soluit Christū nō est ex deo: vt appare-
at, hāc particulā fuisse terciā in illius codice, ois qui cōfite-
tur, ois qui nō cōfiteatur, ois qui soluit. Aut certe tū tēporis an-
cipitē fuisse lectionē ecclesiasticā, & utrāq; Augustinū volu-
isse interpretari. Nescio quid sibi velit, quod Leus recen-
sens Epiphaniij verba, legit hūc in modū. Omnino spiritus
qui soluit deū, ex deo nō est. An hic nō veritus est mutare
sacrā lectionē, præsertim vnde putat hereticos refelli: An
hic non venit illi in mentem terribilis illa lex, qua me tā in-
clemēter stringit tota disputatione: Quid hic pretextet Le-
us: Codicem deprauatum vnde descripsit: lapsum memo-
ria: Dormitantiam humanę mētis, chalcographorum cul-
pam: Sed omnem excusationē sibi precludit, qui in alios
tam morose durus est.

T Res sunt qui testimoniū dāt in cœlo. Quoniā in gr̄e Eiusdem
 cis codicibus nō repperi mētionem patris, verbi, & capi. v.
 spiritus sancti, duob⁹ verbis admonerā, quid in nostris co-
 dicibus abūdaret, nec approbans, nec improbās q̄c̄q̄ Obij-
 cit Leus Valā, qui vir alioq̄m diligēs, hui⁹ rei nō memine-
 rit, haud dubiū quin admonitūrus, si quid cōperisset disside-
 re. Nō hic respōdebo Laurentiū hoiem fuisse, ac fieri po-
 tuisse vt illū aliqd suffugerit. Tātū illud dicā, mihi diuersis
 tēporibus plura fuisse exēplaria q̄ septē. Nec in vllō horū
 repertū, qd̄ in nostris legit. Quod si mihi cōtigisset vnum
 exēplar, in quo fuisset qd̄ nos legimus, nimirū illic adieci-
 sem quod in cæteris aberat. Id quia nō contigit, qd̄ solū li-
 cuit, feci, indicauī, qd̄ in gr̄æcis codicibus minus esset. Por-
 ro qd̄ Hieronymus in p̄fatione sua, testator hunc locum ab
 hereticis deprauatū, si velim vt iure meo, possem appellare
 ab Hieronymi autoritate, qd̄ Leus facit, quoties ipsi com-
 modū est. Et certe in huiusmodi rebus vir ille sanctissimus
 satis est ardēs ac vehemēs, ne dicā violētus, asseuerās inter-
 dum tanq̄ cōpertū, qd̄ nō perinde certū est, atq̄ ille vult vi-
 deri. Nōnunq̄ pugnās cū aduersario, ab utiq̄ lectione, quā
 alias improbat, velut illud, diuisa est mulier & virgo. Alicu-
 bi diuersum asseuerās ei, qd̄ alibi cōfirmarat, sermonē suū
 ad rem p̄sentē accōmodās. Idē multa reseruit a canone he-
 breorū, multa vt fabulosa, vt subditicia notauit obelisco, q̄
 nūc ecclesia sine discrimine legit, veluti fabulā Beli draco-
 nis, Historiā Susannę liber, atq̄. Duos postremos libros Es-
 dre, quorū argumentū ille sōnia vocat. Nec veritus est ve-
 ru prefixo iugulare, hymnū trium puerorū, quē solēniter
 & assidue decātāt ecclesia. Si non credimus illi in tā multis
 amputatis, an prodigiosum sit, si diffidamus illi hic addenti
 nō nihil: Q: q̄ verū nō est, qd̄ ait Leus autore Hieronymo
 locū hūc ab hereticis fuisse deprauatū. Sed hoc ipse deprau-
 atate narrat, vt alia pl̄grac̄q̄, q̄ mihi apud imperitos harū tech-

narū, plus cōciliat inuidiā. Hieronymus q̄ritur has epl̄as
a diuersis fuisse versas, & horū aditiōes inter se nō cōsentire,
ex q̄ colligit nō esse verū, qd̄ inter se pugnat. Qd̄ si ver-
tissent illi, quod scriptū erat ab autoribus epistolarū, neq̄
nos torqueret ambiguitas, nec sermonis varietas fidē &
autoritatē eleuaret. Atqui cū fateatur Hieronymus aberra-
tum in his epistolis a veritate germanę scripturę, quonā ar-
gumento cōperit ip̄e, germanū esse quod restituit: Conij-
cere licet illi⁹ tēporibus ecclesiā fere totā secus legisse, q̄ le-
gendū esse contendit Hieronymus. Alioqui locū non ha-
bebunt illa q̄ sequuntur. Sed tu virgo Christi Eustochium
dum a me imp̄ēsi⁹ scripturę veritatē inquiris, meā quodam
modo senectutē inuidorū dentibus corrodenā exponis,
qui me falsariū corruptorēq̄ sacrarū pronūciāt scripturarū
Qua fronte clamassent eū falsariū, nisi publicā lectionem
mutasset. Porro cū certū sit exemplaria variasse, neq̄ certū
est argumentū hoc esse scriptum ab apostolo, quod addit
Hieronymus, quid est quod hic vociferetur Leus aduer-
sum me, qui nostram lectionē nō improbo, sed vt est relin-
quo: Tantū illud verito quod apud gr̄cos reperio. Et qd̄
apud gr̄cos reperitur, Hieronymus testatur olim fuisse
in codicibus latinis, quorū tūc erat vsus publicus. Si in nol-
lo codice deesset, quod indicat deesse Hieronymus, vide-
ri poterat sinxisse quot ait. Nunc res ip̄a docet illum vera lo-
cutū. Porro qd̄ apud Hieronymū legim⁹, in qua etiā ab in-
fidelibus trāslatoribus, multū erratū esse a fidei veritate cō-
perimus, cōsideret prudēs lector, an legendū sit, etiā a fide-
lib⁹ trāslatorib⁹, vt sc̄s sit, iter p̄tes i alijs bonę fidei hic tñ ab
errasse. Ac ne Le⁹ putet hāc partē a nullo p̄missā p̄terq̄
ab hereticis, sciat Cyrillū in opere cui titulū fecit thesaurō
lib. xiiij. ca. penultio, cōgestis plurib⁹ testimonijs aduers⁹
Arianos hūc q̄q̄ locū adducere, sed omīssa p̄te, quā nos ha-
cten⁹ in gr̄cis codicib⁹ nō reperim⁹. An putādū est eum
hoc telū omīssurū fuisse, si credidisset ab apostolo scriptum
qd̄ affirmat Hieronym⁹: Ipsa Cyrilli v̄ba subscribā, si quis
mihi diffidet. Rursum inqt̄ loānes in eadē epistola ait. Quis

est, q̄ vincit mūdū: nisi q̄ credit, q̄a Iesus est fili⁹ dei. Hic ve-
nit p̄ aquā & sāguinē & sp̄ritū le⁹ Christ⁹, nō in aq̄solū, sed
in sp̄ritū & sanguine, & sp̄ritus est q̄ testimoniū perhibet
sp̄rit⁹ enī v̄itas est. Quia tres sunt q̄ testimoniū phibēt, spi-
ritus, & aqua & sanguis, & hi tres vnū sunt. Si testimoniū
hoīm accipim⁹, testimoniū dei maius est. Aduerte rursus
diligenter, q̄a hic etiā veritatis p̄dicator deū verū de deo ve-
ro sp̄m sanctū naturaliter esse docet. Nā cū dixisset sp̄ritū
esse q̄ testimoniū phibet, post pauca statim addidit, qd̄ testi-
moniū dei maius est. Quō igit̄ creatura erit sp̄ritus sanct⁹
qui nō aliter q̄ pater, deus ab apl̄is appellat⁹. Ex his opinor
fatis p̄spicū est i codice Cyrillinō fuisse testimoniū triū in
celo, p̄ris verbi & sp̄s. Rei sūmā habes lector, nūc mihi
vide q̄ atrocē tragediā hinc suscitet Le⁹. veluti nact⁹ argu-
mētū in q̄ tubā illā ἀληκτοῦ εἰντ̄ dat sūmis virib⁹ lā ingt̄ secū
reputet lector Christian⁹ an fas sit, oracula putare, q̄ gr̄ci
codices hñt. Vt dem⁹ eē certū, qd̄ affirmat Hieronym⁹, vt
donem⁹ qd̄ ait le⁹, hūc locū ab hereticis deprauatū: q̄ vnq̄
dixit gr̄cis codicib⁹ fidē dūvt oracul⁹. Cū toties aliqd̄ tester
q̄rū attinet hęc tā absurda igerere, & v̄bis nihil ad rē faciēti.
b⁹ mouere seditionē, ac veluti classicū canere. Docuisse se
d̄t ex Epiphano, decurratā eē Ioānis epl̄am. Hic rursus ex
Hiero. nō nihil omisū ab hereticis, Et vtrūq̄, inq̄ hūc locū
sic ab hereticis deprauatū, p̄bet nobis exēplar Erasmi cū, tū
i priore, tū i posteriore a ditiōe. Quid ego audio: An mea
sūt exēplaria oīa qb⁹ sū vsus in hoc opere: An illa tātū mea
sūt, q̄ Le⁹ dicit eē deprauata: Quid si cōperiat eadē lectio
in exēplari bibliothecę pōtifificę: An i pōtifificis exēplar, de-
tonabit Le⁹: At fingat tā Le⁹ sibi a sūmo pōtifice datū ne-
gocū, vt qd̄ illic gr̄ce legi, bona fide reddat latine, anse-
ctus v̄tet, q̄ ego verti: An de suo sarciet qd̄ deest i exēplari:
Verū hic sūmus pōtifex fidē illi⁹ desiderabit q̄ sit ausus ab
exēplari p̄scripto discedere. Neq̄ enī me profiteor iudicē
gr̄corū voluminū, sed iterptē. Nec his cōtēt⁹ aim⁹ Lei, su-
biicit his etiam virulētiora, vt non satis mirer inquit illū in
tale exēplar incidisse & sic iam bis emisisse inconsultis (vt

par ē putare) alijs exēplaribūs (q̄q̄ impiū q̄ddā sapit, in dog-
matibus tā sacris, tāq̄ venerādis, & in locis fidei tā necessa-
rijs, tāta supinitas) ne dicā dissimulato, si qd̄ secus haberent
cætera exēplaria. Primū sic agit Leus quasi mihi nō fuerit,
nisi vnicū exēplar, cū tā multis sim vsus, primū in Angliā,
mox in Brabātia, postremo Basilea, nō semel, qualisq̄ vni-
cū illū codicē mēdosum secutus, cæteros nō cōsulueri, sed
hic addit, vt putare par est. An nō hic plane p̄stat, qd̄ in p̄sa-
tione pollicitus est, se fore sycophātā in libris alienis? Cum
hac in re, nec sūptuū pepcerim, nec valetudini. Quæ conie-
ctura suspicādū est, me vnicō exēplari fuissem, cætera nō cō-
suluisse? Quid dici potuit magis sycophāticū? Et q̄ est ista
tāta supinitas, quæ impiū q̄ddā sapit, si nō cōsului codices q̄
rū mihi nō potuit eē copia? Certe qd̄ potui cōgessi. Profe-
rat Leus codicē græcū, q̄ scriptū habeat, qd̄ a ditio mea nō
habet, & doceat eius codicis mihi fuisse copiā, ac postea su-
pinitatē mihi ipingat in sacris dogmatis. Qd̄ si nō pōt, vi-
des lector, qd̄ illi possit ipingi. Nec his adhuc cōtentū viru-
lentū hois ingeniuū, addit, ne dicā dissimulato. Cur hic dissi-
mularē, q̄ toto ope nō dissimulo, si qd̄ dissideant Græci, aut
si qd̄ parū, p̄bat etiā apud illos? His cōuicijs, qd̄ aliud efficit
Leus, q̄ vt pus animi sui declaret? Qd̄ si maxime fuisset co-
dex, q̄ habuisset, qd̄ nō habēt q̄s ego videri, cur potius sus-
piceēt me p̄uerso studio dissimulasse, q̄ dormitasse? An hoc
ago toto hoc labore meo, vt q̄ faciāt cōtra hereticos omit-
tā? Quis adeo furiosus ē, vt id de me suspicet? At nō memi-
nit Laurētius, fateor. Et fieri poterat, vt nō ai aduerterit, fieri
potuit, vt illi⁹ codex habuerit, qd̄ mei nō habebāt. An ideo
sum impius, q̄ mihi nō sit oīm codicū copia? Vallā subleuat,
qd̄ hō pius græcorū codicū errata dissimularit, & si qd̄ de-
fuit, ex latinis adiecerit, ne fidē eleuaret græcorū exēplariū
At ego puto, si viuat Laurētius, patrociniū hoc Lei, mani-
būs ac pedibus repulsurū. Cur hic puteēt hoc fecisse, cū tot
locis nostrā dānet lectionē, etiā cū cōuicio? Q̄ ne faciē q̄-
dem

dē habēt veri, q̄ nugaī hoc loco Leus. Verū ne nīmū tibi
molest⁹ sūm lector, recēsendis illi⁹ nanijs, rē in cōpēdiū cō
ferā. Ostēdit ingēs eē piculū, ne Arianorū hāresis, rursus
caput erigat, si senserit qdā hāc particulā omīssam. Tres sūt
q̄ testimoniū dāt in cœlo, p̄i, v̄bū, & sp̄s sanctus. Et hi tres
vnū sunt, Cū nulla sit hāresis magis extincta, q̄ Arianorū;
mirū vnde sic metuat Leus. Sd̄ fingamus reuiviscere Aria
nos, an ob vnū hūc locū obmutescēt? an nō sunt alia loca
p̄multa, q̄b⁹ possint reuici? Sed qd̄ p̄fuerat, si ego dissimu
lassē sic eē in libris gr̄cis, cū ipsi gr̄ci codices declarent
id qd̄ res est? Qd̄ si, p̄sus dissimulādū erat, cur orbi, p̄didit
Hieronymus, plerōsq; codices etiā latinos, hāc p̄ticulā nō
habuisse? Videlicet debebat tacitus addere, atq; ita lectore
fallere. At r̄nderet Hieronymus, frustra dissimulassē, qd̄
nemo nesciebat. Idē a me respōderi p̄t. Vt ego volueri dis
simulare, q̄ gr̄ce norūt dephēdissent technā meā, Et gr̄ce
cū nūc pleriq; paulo post nullus int̄ literatos nūerabit,
q̄ gr̄ce nesciat, q̄tūuis etiā nū reclamēt seniculi qdā, q̄ mor
dicus tuētur veterē suā saluā ac vappā, cui assueuerūt. An
statim hoc loco, plato, obstruet os Arianis, adeo vt ne sibi
lare qdē vltērius audeāt, quē admodū putat Leus? An hic
nullo negotio vicerimus? an nullus superit angulus, q̄ di
uertat? Primū dicere poterūt, locū hūc a nobis viciatū. Sed
hic Leus, p̄tinus obijciat eis autorē Hieronymū, Eū illi ne
gligēt, fortassis illo doctiores & instructiores. Nec ei vlla
fuit factio pitior sacrarū l̄rarū, q̄ fuerit Arianorū, in hoc suū
p̄ceptorē Origenē referētū, quā ego sic de uictā gaudeo,
vt libros tñ velim eruditionis gratia supesse. Deinde an ex
euāgelio loānis, filiū eē patri ^{μὴ ὄντισιν}, cogētur fateri, quia
Christ⁹ dixerit, ego & pater vnū sumus? An nō ilico po
terūt tergiverfari, de cōsensu dictū eē, nō de eadē essentia?
Et q̄ id videāt dicere, p̄babilius, adducēt illud ex eiusdem
euāgelistæ cap. xvij. Pater sancte, serua eos in noīe tuo, q̄s
dedisti mihi, vt sint vnū, sicut & nos. An nos ita sumus vnū
sicut

sicut filius vnū est cū patre: Ac paulo post, nō p̄ eis aut̄ ro-
go tm̄, sed & p̄ eis, q̄ credituri sunt per v̄bū eorū in me, vt
oēs vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in
nobis vnū sint. Puto aut̄ nō obscurū, quin hic loquat̄ de cō-
sensu, presertim cū p̄cesserit, Sermo tuus veritas est, sicut tu
me misisti in mundū, ita & ego misi eos in mundū. Vides
hic agi de consensu p̄dicationis. Sequitur aliq̄to post. Ego
claritatē, quā dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnū, sicut & nos
vnū sum⁹. Ego in eis, & tu in me, vt sint cōsummāti in vnū,
vt cognoscat mundus, quia tu me misisti, Cur in vna parte
Augustinus, cunq; hoc aliq̄ complures interpretatur, vnū
esse, cōsensum fidei, in altera eandem essentia? Nō hic pa-
trorcinor Ario. Sed reijcio Lei calūniā. Iam quē admodū e-
laberētur ex eo loco loānis, eadē ratione eluderēt hūc locū
in q̄ fit mētio testimoniorū. Nihil aut̄ æque cōfirmat autori-
tatē testimonij, vt cōsensus. Itaq; cōsentiunt in terra, spirit⁹,
aqua, & sanguis. An hæc tria sunt vnū, sicut pater filius &
spiritus sanctus vnū sunt? Nemo dicet opinor, sed testimo-
nij cōsensu sunt vnū. Ita pater, v̄bū, & spū sanctus sunt vnū
Pater testat̄ de filio, filius nihil docet, nisi qd̄ accepit a patre
spiritus sanctus accipit de filio qd̄ suggerit Ap̄st̄s. Hæc cum
p̄bilit̄ etiā dici possint ab Ariānis, quō Leus affirmat nō
fore, qd̄ vel sibilent Ariani, hoc loco incolumi? Vt ne quid
interim arguter, in celo, nihil opus testimonio, vbi nemo
diffidit, tū hūc totū locū inuolūtū eē tropis, vt interpretatiōe
quis elabi possit, si velit esse cōtentiosus. Nō hæc dixerim,
qd̄ nolim his locis nō eē p̄odus, aduersus hæreticos, sed qd̄
noli rē eo piculi redigi, vt hoc loco mutato, non possint illi
redargui. Ego ob hoc potissimū credo filiū eē eiūsdē esse
tia cū patre, qd̄ sic interpret̄ ecclesia, æque crediturus, etiā
si hic locus secus haberet apud nos, q̄ habet. Iā altera hære-
sis, cū sit adeo sepulta, vt ni mētio fieret in nostris libris, ne-
mo suspicaret̄ fuisse, q̄ talia somniassent, Leus sic est sollici-
tus, vt ni superior loc⁹ ex Epiphānio fuisset restitutus, nō sit
quo

q̄ possint illi reuici. Proinde si Leo credim⁹, uincet Carpo-
cratiani, si mētī⁹ sit Epiphani⁹, q̄ solus scripsit eū locū fuisse
deprauatū. Quasi ȳo nō satis apte dixerit loānes in euāge-
lio, & deus erat ȳbū. Etiā si hic locus nō opitularet, q̄ & ius-
pectus ē, & subobscurus. Nobis hoc testimonio nō est o-
pus, q̄bus psuasissimū ē, Christū & deū eē, & hoiem. Car-
pocratiani citabūt eā lectionē, q̄, p̄ ipsīs facit. Et talē fuisse
docet Epiphanius. Deprauatū fuisse negabūt. Sed nihil ho-
rū ex aīo scribit Leus, nō adeo cecutit, qn̄ uideat hinc eccle-
siae nihil eē piculi, cū nostra trāslatio nō sit ecclesiastica, etiā
si illustrat, & emēdat ecclesiasticā, neq; sic p̄ponat, ut illi fi-
damus, nisi psuaserit alia argumēta, qd̄ plus uicies dictū, tū
Leo surdo dicit. Verū hęc exaggerat, q̄ mihi moueat odi-
um ac seditionē, q̄ fuit vnicus illi scopus, cū hoc laboris sus-
ciperet. Nūc audiamus tubā illius seditiosam, q̄ conat̄ orbē
ad tumultū cōcitare, nō alia re fretus, q̄ q̄rūdā stoliditate, &
odio cęco. Deinde qd̄ intelligit paucis ociū futurū, ut hęc le-
gāt, aut si legerit, nō vacaturū, ut legāt attēte. Donet illi de-
us, ut aliqn̄ habeat tātū ingenij ad bñfaciēdū, q̄tū apparet il-
li eē mētīs ad nocēdū, & tātū illi cōtingat venæ ad bñdicē-
dū, q̄tū ualere uideat ad maledicēdū. Sed nūc audiamus ip-
sum sua ȳba sonātē. Et nunqd, inquit, putas hic bis triūpha-
rutos hæreticos, tū qd̄ tā insignibus cōtra se testimonijs li-
berētur, tū qd̄ fas arbitrabūtur in nos retorq̄re crimē, qd̄ sa-
cræ scripturę p̄ nos uiciate sint, q̄q; iposturis, ac sycophātijs
cōtra se hacten⁹ certatū sit. Primū qs̄ liberat hæreticos his i-
signib⁹ testimonijs: Nōne manet ecclesię sua lectio? An si
dei prora & puppis, in hoc piclitate, si resciscāt hæretici eē di-
uersam lectionē? At illos hoc docuit Hieronymus, & Epi-
phanus. Docēt hoc libri graci, q̄s expediebat exuri, si tan-
tū erat piculi. An bis triūphabūt hæretici, sublato duorū ho-
rum locorū præsidio? At ego ne semel quidē arbitror triū-
phatos, etiā si tota hęc eplā intercidiſset. At quos tandem
hæreticos mihi narrat Leus? Nimirū eos, quorum præter
nomen

nomen nihil extat, Horū vmbra, vsq; adeo metuit hō for-
midolosus vbi nihil opus: Quod si heretici calūniabuntur
scripturas a nobis viciatas, an mihi hoc imputandū censet?
Si viciatę non sunt, poterūt ipsi viciare suo cōmodo. Iā si se-
mel collabitur ois autoritas scripturę vno aut altero locovt
ciato, quantū est periculi, quod passim libri nostrī tot men-
dis scatēt: Nullus hereticorū vsq; adeo caruit fronte, vt ob
vnū locū deprauatum, abrogari fidem ceteris oibus. Sed
pergit Leus. Ad hoc inq; cōtra nos citabūt hos gręcos co-
dices, qbus si fidē faciat celebris autoris fama, q eos emisit,
malim alios predininare, qd inde eueniet q vt ego dicam.
Certe nimis q timeo futurū formidabile schisma in eccle-
sia dei. Timeo ne iterū incidamus in Arianica tēpora, & nū
q̄ satis defendā ecclesię sanctę discordiā. Sepe fit: vt noua
ceusacra amplectamur & iudiciū nō ex rerū dignitate, sed
ex autoris titulo expēdamus. Quod si hic fiet, quid nō se-
tur tumultū, quid nō factionū, quid nō rixarū, quid nō se-
pestarū? Nā ea est autoris existimatio, vt qdvis ab aliquo
etiā nō infimatibus, vel autoritate impetrare possit, vt omit-
tam flumen illud eloquētię quo vel hosti persuaderi solet
& nōnullos video vel solo nois illius lenocinio captos, vt
nihil preterea spectēt, nisi quod is dixerit hoc satis fore rati
vt velut oraculo blandiātur sibi. Hęc si crederē Leo scribi
ex animo, precarer homini fidū medicū. Nunc arte scribū-
tur hęc oia, in gratiā quorūdam qui sibi stultissime persua-
serunt, se non fore satis magni nominis, si nouū hoc studio-
rum genus, iualuerit aduersus veteris inscitie patronos, &
in odiū mei, quē sibi iam olim delegit, qui cum cōflictatus
subito innotescat orbi. Obsecro q̄ res tantū mare malorum
nobis inuehet, tot schismata, tot hereses, tot tumultus, tot tē-
pestates, tot naufragia? An quod prodeunt gręci codices?
Eisdem ædidit Aldus. An quod ostēderim illos a nostris
alicubi dissonare? Id ante me prodidit Laurentius. An qd
gręcū verterim? Id ante me fecit Iacobus faber. Iam plures
ues

tres anni sunt, quod nouum testamentum a me recognitum, versum in
manibus hominum. Quid vnde hinc natum est tumultus? Multi fa-
tent se non mediocriter profecisse nostro labore, profecit & Le-
us non minime, licet sedulo dissimulet homo hominum, qui viuunt
gratissimus. Summus pontifex collaudauit industriam, collau-
dat optimi, & doctissimi quippe: collaudauit pleno ore felicitis
memorie. D. Ioannes Atenis, quondam huius Academicę
vice-Cancellarius Nullus extitit tumultus, nisi quod stoli-
di quidam nullo iudicio, sed cęco odio bonarum litterarum,
nescio quid blaterarunt apud indoctos, Sed adeo stupide,
ut ipsis etiam idiotis, paulo cordatioribus sint dericuli.
Sed veretur Leus ne mea autoritas imponat multis. Ego
nec vnde arrogauit mihi vllam autoritatem, nec habeo, quam mi-
hi Leus arte tribuit, quo me grauius premit in causa. Sed
singat esse maximam. Quid periculi? An statim adorabunt
quicquid est in graecorum codicibus? Si mihi fidem habent
non vsque quaque fidei illis, quod ego toties veto fieri, Proin-
de autoritas, quam mihi tribuit Leus, efficiet, ne quis statim
amplectatur pro oraculo, quod in graecis codicibus repe-
rerit. Simili consilio verbis attollit admirabilem illam meam
eloquentiam, qua soleam vel hosti persuadere quidlibet.
Quid? an significat me hanc versurum in perniciem reli-
gionis Christiane? Quod si ea vtor in gloriam Christi, quid
metuedum ab hoc flumine, quod mihi fidei tribuit Leus?
Si persuadeo, quicquid volo, persuasum esse oportet, hanc
additionem nostram, cum iudicio legendam esse, neque protin-
us damnandam vulgatam lectionem, sicubi graeci dissen-
tiant codices, Hoc si persuasum est & si hoc credunt, qui
mihi tantum tribuunt, quantum predicat Leus, quae possit
exoriri tempestas? Euulgantur hebreorum libri, in his versatur
Leus Plura in illis dissentiant a nostris, quam in nouo testame-
to. Cur hic non formidat Leus hereses, schismata, tempesta-
tes, tumultus, rixas, procellas, exitia, naufragia, proluuia,
panoethrias, & si quid dici potest his etiam atroci? Sed Leus

audiamus reliqua detonantem. Iam viderit inquit ecclesia
an hæc tam parua sint vt contemni debeant. Exēplaria plus
quater mille, per orbē Christianū dispersa sunt. Oia carent
his testimonijs, qbus habet scriptura nulla, vel sanctiora,
vel magis necessaria, vt taceā ceteros locos, q̄s sparsim an-
notauimus in græcis peius habere q̄ in latinis exēplarib⁹.
Hactenus Leus Cū Frobenius nō adiderit, vltra ter mille
volumina, trecenta, Leus facit plura quatuor milibus. Sed
esto vulgata sint sex milia. Quid tum postea? Sed in his oī
bus absunt ea testimonia, Esto. Quid deinde? Nihil aliud:
q̄ quod intelligent hoies, in plerisq; græcorum codicibus
illa non addi. Sed in sexcentis milibus habentur illa addita
Iam quod his duobus locis negat vlla esse vel sanctiora, vť
magis necessaria, videat ne non sine iniuria Euāgeliorum
& Paulinarū epistolarum hoc dixerit. Toties autem incul-
cat esse locos, qui peius habeant in græcis, q̄ in nostris co-
dicibus. Vt donem⁹ aliquot esse, cur nō numerat innume-
ros locos, qui melius habēt apud græcos, q̄ apud nos? At
prosequitur Leus seditiosam hanc cōcionem. Et tamē in-
quit vt hæc noua pre veteribus in precio ac delicijs habeā-
tur, cum alia, tum illud in primis efficiet, quod noua accē-
serit orationis facies, & sermonis nitor, & velut Erasmica
quædam mundicies. Siquidē hoc lucri reputabunt fecisse
se, qui contemptis veteribus exemplaribus his nouis inhe-
rebunt, quod, cum multas sermonis sordes enaserint, tū in
hoc puro & casto dicēdi genere plurimū profecerint. Ha-
ctenus Lei verba. Cum in vertendo nouo testamento, ni-
hil admiscuerimus fuci, sed Evangelici apostoliciq; sermo-
nis simplicitatem seruauerimus, quis est iste nitor qui effici-
at, vt pre nostris contemnant vetera? Fortassis vt conferant
efficiet sermo, paulo minus solœcus. Deniq; quid incom-
modi sit, si sacra scriptura careat sermonis vicijs? Si totū pe-
riculum pender a duobus aut tribus locis, poterunt hi pon-
tificis autoritate mutari. Nos tantum hoc dedimus, quod
apud

apud græcos reperimus. Sed indicat Leus aliud periculū,
homo periculorum plenus. lampridem inquit inuasit ani-
mos hominum opinio, vt si quid secus habeant græci co-
dices q̄ nostri, a græcis protinus codicib⁹ stetur contra no-
stros. Hæc Leus. Imo diuersa opinio, iam olim habet homi-
num animos suspectum esse quicquid legitur in græcis co-
dicibus. Et nos id sedulo capimus, ne quis illico fretus græ-
cis exemplaribus pronunciet aduersus nostra. Sed quod
coepit, eodem tenore prosequitur Leus. His inquit si acce-
dat typographorum cupiditas, qui vel modici lucelli gra-
tia, qua vident hominum propensa studia, illuc ferantur
vt nihil non ex officinis suis audeant prouulgare, prope-
diem fiet vt nulla e prelis suis orbi daturi sint exemplaria,
nisi ista, quando multo maximam doctorum & indoctorū
partem alium alio nomine istis exemplaribus viderint in-
hiantem. Et quis librum tam auide amplectitur, quem no-
lit quanto potest studio tueri. At hunc tueri nemo potest,
nisi simul detrahat veteribus libris, fidem autoritatēq̄. Ad
hūc modū seditiosulus noster ^{ἐκείνου ἔλεγε}. Quis nō metuat
iam, ne vetus translatio funditus intereat, posteaq̄ bis excu-
sum est nouum testamentum a me versum ac recognitum.
Nec id q̄ est adhuc ausus p̄ter vnū Frobeniū cū innumere
sint hui⁹ artis officinē Cū altera translatio locū habeat i tēplis
in scholis, q̄ fieri poterit, vt nō hāc maxime formulis suis, p-
pagēt typographi: Sed fingat Le⁹, neminē eē neq̄ doctū
neq̄ indoctū quin nra versione capiat: Quid tandē sit peri-
culi: Fingat quēq̄ qd' auide mercat⁹ ē studiose tueri: Quid
tum postea: An cōtinuo veterib⁹ libris sua decedet autori-
tas: Quis autē tā stult⁹ erit q̄ meę translationi plus tribuat q̄ ip-
se tribui velim: Et tñ is leuius peccet q̄ Leus, q̄ quod re-
ctum est odiosissime calūniatur. Quos tādē appellat ve-
teres libros: Ante multos annos descriptos codices: At ho-
rū autoritate mei s fidem cōcilio. An oēs qui feruntur iuxta
veterem translationem: An his Leus nolit fidem detrahi,
etiam vbi

etiã vbi mēdosi sunt, vbi viciati, vbi perpērã redditi, vbi p-
perã expositi: Postremo qd accidit veteribus libris, iã anis
aliqt̃ mea translatione volitãte p̃ hoim manus? An nō illis
sua constat autoritas? Qd̃ si hoc male habet Leū, q̃ ipsius
lucubrationibus excudēdis nō ferueant officinæ typogra-
phor̃, scribat tales libros, q̃ mereantur teri manibus hoim.
Nã hūc nō erudit̃, sed stolidis & seditiosis quibusdã, non
hoibus, sed st̃p̃itibus, scripsisse videt̃. Qui vt nūc nulli do-
cto placet, ita breui & doctis & indoctis parit̃ displicebit.
Sed audiamus illū & reliqua deblaterantē. Porro cū deus
inquit, aliquot sibi relicturus sit semp, qui nō curuabūt ge-
nu ante Baal, hi fortit̃ cōtra pphanata ab hereticis exēpla-
ria stabūt p̃ zelo domus dei. Sic pugna erit in ecclesia dei.
Agitabit nauicula Petri fluctibus, Orbis discordia miserã
da sequetur, vt nō temere timeã futurū qd̃ Christus prædi-
dixit, tēpus; quale nō fuit ab inijt̃io vsq; tūc. Quē notum
Baal nobis, pducit Leus? aut qui sunt isti pauci, q̃ nō ado-
rabunt hoc idolū? Vbi sunt exēplaria ab hæreticis pphana-
ta? Hæc stulti Cerebelli somnia tã impudēt̃ ingerit, auri-
bus & oculis eruditor̃. De qbus videlicet pessime sentit,
si puter illis hæc tã stulta blateramēta probatū iri. Quid ali-
ud vociferaret̃ seditiosa mulier? Iam etiã, si sup̃is placet, Le-
us hō diuinitus datus fulciēdã religiōi Christianã, cōmo-
nefacit ecclesiã cessantē officij sui, Romanū pōtificē in spe-
cula stertētē excitat cōuicio. Miror aut̃ cur nō & Christū
dormientē expgefecerit, dicēs cū apl̃s. Dñe serua nos, pe-
rimus. Sed audiamus ^{ai rō} & ^{Thyriop} sua verba sonans. Memi-
nerit inquit, ecclesia inijt̃is occurrēdū, ne qui fum⁹ eē cœ-
pit, fiat ignis, & talis ignis, q̃ nō facile extinguet̃. Memine-
rit saepe medicinã sero parati. Ignis paulatim irrepens, tãdē
oia consumit. Proinde opus est, quin & tempus est, vt vi-
gilet pastor in ecclesia. Adhuc deo aspirante satis spei est,
quãdo nondū fumus peruenit ad flammã. Non dormita-
bit, neq; dormiet, q̃ custodit Israhel, si nō dormita-
uerit, neq;
dor-

dormierit speculator in Israhel. Hacten⁹ dixit Leus. Quae
cū lego, videor mihi videre vultū illū Lei, ad grauitatē cō
positū, ac gestū hois sibi suauissime placētis. Credas pphe
tā quēpiā hāc loq, ni nosset hoiem. At quid erit qd̄ sibi me
tat ecclesia, q̄ diu tales habebit admonitores, tales cōsilia
rios, tales ppugnatores? Sed interim nō videt, q̄ insigniter
afficiat cōtumelia Romanū pontificē, quē vt stertentē, &
oscitatē notat. Is opus nostrū oraculo suo iudicauit ad pub
licā ecclesiae Christianae vtilitatē, nō vulgariter profecturū
Leus longe aliud sentit, videlicet suo calculo, cui putat æ
quū, vt Romani pōtificis iudiciū cedat, tale pnunciāns, vt
periculū sit, ne tale tēpus sit futurū, quale nō fuerit ab orbe
condito. Nā eruditorū iudiciū, qui fatentur se non parū lu
cis hauisse ex hoc opere meo, Leus facile cōtemnit præ
se, qui sibi tantū & sumit, & tribuit, vt admiretur neminem
esse in orbe candidū, qui tantūdem ipsi tribuat, quantū ipse
tribuit sibi. Sed sit aio bono Leus, Nō semper dormitabis
neq̄ dormiet speculator ille in Israhel, sed huiusmodi sediti
onis ac furiosis libellis, aliquādo silentiū imponet, occludet
os simili stoliditate vociferātiū apud populū, & rem ad se
ditionē, ac tumultū, quod quidē in ipsis est, pertrahētium.
Nam si qd̄ incendiū, si quis tumultus nascēt in ecclesia dei,
horū vicio nascēt. Nos neq̄ seditionis autores, neq̄ malae
doctrinē duces esse volumus. Qd̄ si quid alicubi labimur,
vt hoies, ac præter animi sententiā, certe Lei nō erat casti
gare lapsus nostros, qui ipse in exiguo libello toties tā foe
de labitur, aut certe nō erat illius tāto cū supcilio monere,
vel obiurgare potius, ne dicā calumniari. Impingit mihi
stuporē, impingit inscitā, impingit mordacitatē. Ego no
ui mediocritatē ingenij mei, nec eruditionē insignē vnq̄
mihi arrogari, Sed agnosca quicquid cōuiciōrū in me con
gessit Leus, si in oibus meis lucubrationibus, quas tā mul
tae adidi, quarū nōnullae proluxae sunt, nec vnus volumi
nis, nōnullae præcipitatae verius q̄ adita, toties delirem, to
ties

ties labor, toties tota errem via, toties mihi non constem, toties falso citem, toties non intelligam meum ipsius sermonem quoties id huic accidit, in hoc exiguo libello, quem amicis auxiliantibus ante biennium adornauit, totus in hoc negotium intentus. Si ex omnibus meis scriptis, in quibus vel receptos errores conuello, vel mores hominum taxo, vel obtratoribus respondeo, tantum comperietur conuictorum, tantum virulentiae, tantum veneni, quantum hoc vno libello Leus congestit in caput meum. Ego tot modis odiosissime prouocatus, eam hactenus seruauim moderationem, ut neminem odiosum perstrinxerim notatum, quod tamen meo iure poteram. Quis enim aequus mihi uicio uerisset, si quidam absque persona palam blaterarent apud populum, ego cum auctoris titulo litteris mandassem? Nam si uolebant esse clam quod narrabant, cur dicunt populo: Si nomen suum suppressum uolebant, cur illis absque persona agebatur haec fabula? Et tamen ipse, ne decimam quidem partem unquam in litteras rettuli eorum, quae non prouidit istos in conuiujs, & in conuersionibus uociferari, nec ullius nomen adhuc expressi, frequenter etiam ordini parcens. Qui sic me prouocauerunt, ut necesse foret respondere, tamen hos ita tractaui, ut clariiores etiam redditi sint meis apologijs. At Leus primum iuuenis, deinde nec Theologus, nec Episcopus, nec ullo publico munere fungens, ut uideri possit officio adductus ad impetendum me, nec ea doctrina, ut par esset huiusmodi prouinciae, deinde nulla re laesissus, imo meis lucubrationibus non uulgariter adiutus, dehortantibus tot amicis, quorum nec studium debebat negligere, nec iudicium contemnere, nec auctoritatem pro nihilo ducere, tot spiculis ueneno tinctis impetit nomen ac famam proximi, atque etiam amici, idque facit animo tam gladiatorio, ut suam ipsius mortem contemnat, modo mihi pariat exitium, & lucrum esse ducat, si suorum studiorum iacturam faciat, dum modo efficiat, ne quid fructus ex meis laboribus redeat ad studiosos. Nec aliud argumē

tum visum est illi magis idoneum, vnde famam & gloriam
suam aspiceretur, quā ab infamando fratre & amico, beneque
merito. In id cum totis nervis incubat, tamen ut purus ac sibi bene
consciens frequenter accedit ad sacram Christi mensam. For-
tassis illi satis est, quod non est scortator, quod non est alea-
tor, quod non est temulentus. An ab hoc viciorum genere
purus sit mea non refert. Illud scio, Evangelicum illud Relin-
que munus totum apud altare, non esse dictum ebrioso, non
scortatori, aut aleatori, sed ei, cui dissidium erat cum fratre si de-
us non approbat pecudem, aut autem, aut aliud sibi donum, quod datur ab eo
cui cum proximo non convenit, quod tamen oportet abesse ab huiusmodi
animo, quem totus hic Leiliber praefert, qui parat hoc
coeleste tractare sacrificium. Quin ille totius maliciae prin-
ceps, humani generis hostis, non ab alea, non a scorto, non a
temeto nomen habet, sed ab eo, quod vnicuique videtur esse stu-
dio Leo, *Δυσία λέων*. Non illi datur vitio, quod sit adul-
ter, quod potator, quod profusor, aut nepos, sed superbus
est, sed invidus, sed praestigiator, sed mendax, sed delator,
& adeo nocendi cupidus, ut suo ipsius etiam malo gaude-
at laedere. Qui nunc est sui similior, quam cum se transfigurat
in angelum lucis, ac sub praetextu pietatis inue-
nit exitum verae pietatis. Hac in ge-
nere dicta sint, Ego nemi-
nem iudico,
Sit sui quisque
iudex.

F I N I S.

Apud inclytam Brabantiae Antuerpiam, in aedibus
Michaelis Hillenij. Anno M. D. XX.
Mense Maio.

a1648961

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading.

P I N T E

Printed text at the bottom of the page, possibly a title or publisher information, including the name 'J. B. ...' and the year '1822'.